

bonus deus. **I**taute vis
mum ingredi: serua ma
Dicit illi. **E**ne. **I**his aut
non hominadu fines:
adulterabis. no facies
no falsu testimon dices. h
in pecu et mrem: et om
pauu tuu sicut de qm
a adolescens. **O**mnia he
dum: qd adhuc tu de et
illi illis. **S**i uis pffis
de uenid ~~omnia~~ que hat
pauuibus. et habebis di

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

VIR POLITICVS

Genio & Virtuti

Illustrissimorum Principum ac
Dominorum,

Dn. HENRICI IVLII postulati Episcopi
Halberstadensis,


&

Dn. PHILIPPI SIGISMVNDI postulati E-
piscopi Verdensis & Osnabrugensis,
Fratrum germanorum, Ducum Brunswicen-
sium & Luneburgensium, &c.

(vt aeterna fidei in ipsos & obsequii esset nota)

Dedicatus per

IOANNEM ab AFFELEN, Io. Fil.



HANOVIAE

Apud Guilielmum Antonium,

M D X C I X.

298.

2 fin.

COLLEGIUM

1610

ANNO DOMINI 1610

SEPTEMBER

IN DIEBUS

1610

1610

1610

1610

1610

1610

1610

1610

1610

1610

1610

1610

1610

1610

1610

1610

p
f
fe
li
ne
ci
fr
te
lin
qu
ip





3



VI Rēpubli-
cam saluā no-
lint, quam in-
ter homines
insigniter im-
probos, imò inter belluas
specie humana donatas cen-
sendi; obuium, Henrice lu-
li, Philippe Sigismunde, ge-
nere Duces, dignitate Prin-
cipes, virtute Heroes illu-
strissimi, nemini esse non po-
test. Eorum qui benè illi ve-
lint, quam sint plures, quam
qui rectè de ea sentiant, ex re
ipsa vobis, inter primos Ro-

A 2

mani Imperii Principes constitutis, si cuiquam, constabit maximè. Vt enim de scientiis omnibus ab Aristotele dictum est,^a insitum à natura nobis scientiarum amorem, sed non vnum, nec eiusdem rei, omnibus: ita de studio politico disputationem hoc omnino nullam incurrit, hominis politici titulum neminem hodie nolle merere, sed nec vna acquirendi, nec dignitatem eius ornando, defendendi ratio placet omnibus. De Republica quidem, eorum quæ in manus nostras peruenerunt, huius seculi scri-

^a Lib. 1.
Metap.

POLITICVS.

scripta excellunt, Iusti Lipsii,
Ioannis Bodini, Petri Grego-
rii. Verum ex Gregorii, ho-
minis lectionis plurimæ vo-
lumine, quos ille flosculos
fortè admixtos voluit nomi-
nare, ^a qui ita tollat, uti nec
lolium relinquat, nec rosas
lædat, à me facillimè, Epito-
matorum & Exenteratorum
pœna nō teneri, iudicabitur.
Bodinus autem, si summa di-
ligentia, antiquorum de Re-
pub. commētaria nobis col-
lecta tradidisset, disputatio-
num nugas, de constantia
Gallorum, leuitate, crudeli-
tate, lauro indigna castitate

^aIn init.
lib. 1.

Germanorum, & reliquum
 eius farinae furfur, scholis su-
 is reseruasset, scrupulum cer-
 tē minus hominib. pragma-
 ticis iniecisset, nauem se, quā
 non ascenderat, è terra gu-
 bernasse. De Lipsio veniam
 rogatam impetratamque ve-
 lim, si de eius scripto (quod
 qui non gustarit, ex iis Prin-
 cipibus qui literas norunt,
 mihi non satisfecerit) & fan-
 cte sentio, & ipsius autoris
 sententiæ^a subscribo, magis
 eius lectionem illi qui Archi-
 nautam seu Principem in na-
 ue agit politica, quam nautis
 & administris, vsui fore. Qui

^a In E-
 pist.

POLITICVS. 7

vt habeant tamen multa quę
obseruent; notis, ibi, multis,
quę de ipsorum statu indicēt,
describantur; mihi saltem a-
lio argumēto, relicto & Prin-
cipe & ipsa Republica, presse-
minus & distinctius disputa-
re liceat iis de rebus, quę vel
potissimum, vel omnino ad-
esse necessum sit, antè quam
commodè quis ad hanc cen-
turiam ascribi, vel dignitati
deinde hominis politici, do-
mi forisq; satisfacere possit.
Cuius si quis ex me instituti-
rationem quærat, non nega-
rim, in patriam me redien-
tem, dum formam mei & a-

A. 4.

nimi & ingenii vobis, Principes Illustrissimi, quorum non minus à salute quam nutu salus patriæ meæ depēdet, redderem; docere hoc voluisse, non animum mihi, sed occasionem defuisse eorū acquirendorum, quæ in aliis ego admiror, quia patriam iis & meam, & omnium, ornari æquè ac iuuari posse existimē, licet ipse ea non habeam, sed desiderem. Id si vel arrogantiā, vel calorem sapit iuuenilem, magis vti sapiat, dico expresse, me Diogeneum de Repub. ἐπεχέειν ita auersari, ut nec Ciceroni aliter sentienti
certa

POLITICVS. 9

certa nisi lege subscribam.
Quod enim ille, ad rempub.
ut accederet instructos, post-
ea non accedentes proba-
bat, ^a mutiam omnino olet <sup>a Laert.
in Diog.</sup>
philosophiæ Cynicæ: hic ve-
rò, quod iis rempub. non ca-
pessentibus vitio non dandū
opinatur, qui excellenti in-
genio doctrinæ se dediderūt,
^b de ingenio nimis abundan- <sup>b I ib. 2.
Off.</sup>
te & igneo intellectum ve-
lim. Ego de Repub. dixerim,
ut de morte loquutus fuit
homo impius sanctissimè; e-
iusdem, scilicet, esse leuitatis, ^{c Julian.}
^e ad rempub. velle accedere, <sup>apud
Ammi-
an.</sup>
cum non liceret, & nolle ac-

A 3

cedere, cum opportunum foret. Iam ad rem ipsam quod attinet, ut intelligatur quis sit is, de quo à nobis disputabitur, homo politicus; Peritum dicimus esse scientiæ civilis, ita ut magno in Imperii vel Regni, (de eo enim genere imperandi ac parendi nostra loquitur oratio potissimum) administratione, domi forisque vsui & emolumento esse possit. Hunc uti ab iniuria nostri seculi vindicemus, si quis eum esse posse opinetur, qui vita & moribus Aulicum, prudentia quasi Politicum præ se ferat, illos scito, quibus,

bus optimè conueniat epita-
 phium regis Assyriorum, ^a a Plutar.
 parum nos manere; Sallusti- De fort.
 anum ingenium, ^b aut vix, aut vel virt.
 nusquam agnoscere; ei verò Alex.
 qui nobis satis est factur⁹, tot ^b Vide
 tantisque rebus opus esse, vt Tacit.
 quibus omne vitæ spatiū, ad lib. 3.
 discendis, acquirendis; pera- Annal.
 gendisq; minus fortè suffece-
 rit, quā abundarit. Quæ qua-
 lia sint, vt proponamus quā-
 planissimè, reseruata ad calcē
 ea parte quæ dicat, qualem se
 passim gerat is qui semper &
 vbiq; officio hominis politici
 sit satisfactorius; primū de
 iis, quæ desideramus in illo

qui velit merere nomen hoc
verè augustissimum, ita dice-
mus, vt quatenus illi scientia
literarum, & quarum potissi-
mum, quanta deinde rerum
experientia, & quarum opus
fit, ordine quã maximè per-
spicuo edisseramus. Hoc pri-
us admonitũ velim, Ideę me,
vt in artibus fit, fingendę Plu-
teum tantopere non cedere,
ne potius discursu (vt hodie
loquũtur) politico vti velim
videri, vbi ex re ipsa, consiliũ
mutari posse non negem. Iu-
ris studium & Historię ad vi-
tam politicam aptissima; nõ,
vt à philosophia nulla prius

POLITICVS. 13

requiratur expolitio. Peregrinationum & armorum rationes multis occasio deneget, aliter agant; qui ad pharū nostrum nauigarit, nemine appellet infelicius; modò id teneat, ad formandum Politicum, eandem requiri mafsam, quæ ad virum bonum, cui scilicet Epictetus probè acclamarit, ô homo, vide quò immittas, num purgatum fit vas. ^{a Gell.} Nemo, sine summo labore & industria, præceptorum nostrorum singula exequetur; neminem, se executū ea esse, aut saltem quam proximè accessisse, poenitebit. _{lib. 17.}

De literis duæ in primis:
sunt sententiæ; quarum alte-
ra reiicienda omnino, altera
parum sibi constare videtur.
Vna est eorū qui literas ho-
mini Reipub. ad futuro ma-
xime obesse ideo existimant,
quod vel animum delinimē-
ris literarum effæminari, vel
falsa prudentiæ persuasione
inflari, vel deniq; literarum
peritissimos vitiis inquinatif-
simos appareat. Et hi primū
in eo errant, quod nō vident
barbarum illum omnium li-
terarum contemptum, ad ve-
ram fortitudinem æque ni-
hil contulisse, ac sana illarum

cra-

tractatione illi adimitur, ne-
 que vnquam vsum literarum
 effæminationi occasionẽ de-
 disse, sed abusum illorum qui
 torpedini suæ & nimio otio,
 friuolũ velamẽ studiorũ in-
 duunt. Quieta est studioso-
 rum vita, sed ita, vt qui recte
 vitam hanc quietam colere
 possit, ad res summas geren-
 das idoneus sit futurus. Quod
 si quibusdã id accidit, quod
 Musicam solet discantibus,
 qui artis primum suauitate,
 quasi poppysmate deliniunt,
 nimia deinde dulcedine ca-
 pti omnino mollitia diffiunt,
 non studiis, sed discantium.

^aChion
 in Epist.
 ad Ma-
 trid.

peruersitati est impuñdum.
 Perdiderunt, esto, Respub suas
 homines doctissimi Pisi-
 stratus, Clitias, Alcibiades,
 quod doctrina abusi fuerant;
 atqui artibus isdem instructi
 suas seruarunt, ne plures no-
 minem, Xenophontis Age-
 filaus, Lyfidis Epaminondas
 discipulus.^b A Lucullo certe
 quia literas apprime coleret,
 non minus commode res-
 publ. fuit administrata, quã
 à C. Mario, qui discere eas
 noluerat.^d Quod autem fal-
 sa persuasione scientiæ ani-
 mos inflari queruntur, facile
 concedi potest, vbi & persua-

^a Xen. I. ^a
 et in p. v.

^b Xen.
 in Age-
 fil. & de
 Reb.
 Græc.
 lib. 7.
^c Cic in
 Lucull.
^d Sal-
 lust. in
 Jugurt.

lio

flo scientiæ, & ipsa scientia
 falsa vtraque sunt: vera sci-
 entia nemo vnquam fuit im-
 butus, qui se ipsum nesciat,
 se qui norit, quomodo pecca-
 torum, quorum inter prima
 factus, conditionem ignora-
 bit. ^a Iam de vitiis doctorum
 quod causantur, idem est ac
 si ad eas qui medicamenta
 vendunt accedi nolint; quia
 & toxica vendunt, & præter-
 ea ipsi sæpe laborant. Mihi
 sane, si quid præclari à Philo-
 sopho doceatur, nihil vide-
 tur absurdius, quam ideo ob-
 temperare nolle, quod opti-
 mis preceptis vita præcepto-

a Com-
 min.
 comm.
 lib. 19.

a Senec.
de vit.
beat.

ris minus exacte respondeat:
 nec scientia magis aspernanda, quia summa sepe apud vitiosissimos, quam frumentum Ægypti, quia forte in arenas Arabiæ inuenias effusum. Altera de qua innueramus sententia illorum est, qui opinantur nunquam ad Rempubl. aditum patere illi, qui in literis parum desudarit; qui si ita loquantur, ut de iis dicant, qui nomen scribere vel recitare nequeant parentis sui, difficile est, ut ne iis concedatur, eius prudentiæ, quam forte annorum aliquot peperit experientia, vim tantam esse.

esse nō posse, quam quę multorum seculorum exemplis in librorum monumētis positis sit cōfirmata: Si vero solum multarum literarum scientiam summum nomen ad vitam pragmaticam organon, quam misere ineptiant, pluribus disputare nihil ad quicquam pertinuerit. Sæpius enim ad laudem atque virtutem naturā sine doctrina quam sine natura valuisse doctrinam, vnus omnium loco, M. ille Tullius exemplo esto. Quis illo ore tenus doctrina exercitus animum bonis artibus minus induit?

^a Flor.
in Epit.
Liu.
dec 12.
lib. 1.
^b vide
Epist. ad
Artic.
^c Flu-
tarch. in
Cic.

erat ille certe vt nihil minus
quam miles, ^a sic nihil magis
quam homo inconstans. id
quod & scripta priuata ^b &
insigne mortis Epiphonema
^c declarāt. Quid? ex hac clas-
se nostri homines, suadēdo-
ne vel patrando, præceptis
vel rebus aptiores? Quotus
eorum, neminem nomino,
qui vel præclarissime de gu-
bernāda republica differue-
runt, rem manu, quam cala-
mo vel lingua iuuare maluit?
Ex altera profecto parte cō-
stat ratio: à Romulo ad Cæ-
sares vsq; vix centesimus qui
rēpub. administravit ex eo-

rum

rum numero qui laureã doctrinã meruerunt. Vir militaris tantum, vt ipse fatetur, Hannibal erat, attamen ita eum bellorum casus erudierunt, vt vnus omnium senatorum patriæ & sentiret quã optime,^a & loqueretur quã grauiſſime. Apud Cyrũ Croeso cuius maior in cõsiliis auctoritas? atqui hunc non literarũ, sed fortuna^b docuerat, eadem Mithridatis magist^a.
^c Sed quorsum hæc vetera? Ex nostris, vnus ille Philippus Commineus, qui literas Latinas nõquam attigit, maiori domi forisque vlui, regi

^a vide
Liu. in
fin. dec.

^{3.}

^b vide ipsum in
orat. ad
Cyr. He.
rod. lib.

^{1.}
^c Sallust.
in frag.

suo fuit, quam quarta pars omnium literatorum totius Galliae; ita, ut qui ex commentariis eius paginae unius digressiunculam potiore homini Pragmatico, quam integrum ex Metaphysicis librum, statuerit, stomacho mihi sano & latranti edulio opus esse non vellicatione, statuisse videatur. Et omnino, quia literae virtutem neque dare, ^a neque auferre possunt, viros sepe doctissimos minus commode, vix literis imbutos praeclearissime in republica versatos, ^b qui rerum teneat memoriam parum dubitabit.

^a Senec.
in Epist.

^b Cic. 3.
de LL.

tabit. Neq; tamen ideo Me-
 nandrinum illud, Bis vident
 qui literas discunt, reiicien-
 dum, aut agros magis incul-
 tos stercoratione pastinatio-
 neque, quam rudes adole-
 scentum animos literis præ-
 parari existimandū, modo id
 satis appareat quale studio-
 rum genus huic rei sit aptissi-
 mum. Qua de re à Plutarcho
 scriptum video elegātissime,
 homini ingenuo ita per o-
 mnia disciplinarum genera ^{a In Pæ-}
 peregrinandum, in optimo ^{dag.}
 commorandum, vt qui spe-
 ctandi gratia ciuitates mul-
 tas præter nauiget, domicili-

um ponat in omnium celeberrima. Mihi si quid sentiam dicendum, ut Geometræ solēt, quo verba compendiant, vel nihil demonstrāti concedatur rogo, nihil habeo quod Iuri Ciuili & Historiarū cognitioni præuertendum existimem. Cæterū iuris ciuilis studium eam pariens scientiam quam Iurisperdentiam dicunt, omnium humanarum diuinarumque rerum scientiam, vel mixtæ naturam refert, vel bis saltē peperit, semel apud sapientem perfectum Stoicum, ciuem in Republica Platonis, quon-

POLITICVS. 25

quondam regem in Vtopia;
deinde apud aurigam,

— *qui non rexit, magnis ta-
men excidit ausis.*

Nos si legibus hodie, non
legum opinionibus, æque vt
flagitiis, laboraremus, vos ro-
garem, Critici, vt quod pri-
uatim facere videmini, pu-
blice de emēdatione suppli-
caretis, de responso certi, sa-
tius non attingere, quod ob-
tineri nequeat. ^a Hoc si parū ^a Tacit.
placuerit, deplorare quæso ^{lib. 2.}
Iuste Lipsi ^b caninum illud ^{Ann.}
fori studium desine: ne excā- ^b Lib. 2.
descas I C. ^{torum} optime Petre ^{Polit.}
Gregori, ob fori nostri statū:

B

^a in vo-
lum. de
Repub.

^aomitti satius prævalida hæc
nimis vitia, quam frustra tan-
gi, curari vltterius hic morbus
à radice nequit, fomentis tã-
tum ad sustinendum corpus
nimis diu ægrum opus est.
Nerua, Labeo, Capito, inter-
ierunt; Bartolus, Baldus, Ac-
cursius aliique succedere, si
breuiiores, certe plures, vti-
nam & meliores successissêt.
Ego vt à nostro homine le-
ges ignorari, sic earum exa-
gitationes, non nimis curari
omnino velim. Disputatio-
nem equidem Cicero insti-
tuit, ^b de origine iuris, quaq;
de LL. illud ratione ex tabulis XII.
ad

ad hanc librorum excreuisset
 multitudinē, quę eō omnis re-
 duci possit, sed hęc in scholis,
 aut priuatis colloquiis dispu-
 tare pulcerrimū, rē ipsam ag-
 gredi, totum ius nostrum ci-
 uile numero tabularum XII.
 legumve Laconicarum aut
 Atheniēsiū velle include-
 re, eiusdē foret instituti, quo
 triginta quis annorum, pile-
 um capiti calceosve pedibus,
 quos infans gestarit accom-
 modet.^a Corrigi sane, præci-
 diq; putida illa fori nostri pu-
 tamina possunt, imo corri-
 guntur, id est mutantur quo-
 tidie, nucleum ipsum ad exi-

^a Vide
 Plutar.
 ni Polis

litatem prioris seculi redigere, in scholis Sophistarum temere licet, in foro nunquam licebit, cum velut maxima male habentium multitudo medicis quam plurimis, ita nostri hodie mores litibus procuratoribusq; indigeant.

^a Quintil. de
Clar.
Orat.

Quanta autem tot glossematum cognitione, singularum hodie causarum patrocinium suscipiendum, ii norunt optime, qui aetate in huius argumenti commentariis insumserunt; illos dico, qui quanta & horum copia, & quam nihil unquam in vita euenerit quod aliter accidere non pos-

possit, compertum habent. Physicorum scholas Socra-
tes irrisit, ^a quia certi aliquid ^{a Xen.}
in hac arte profiteri se dicant, ^{1. ἀπὸ πρῶτο}
cum maxime contraria do-
ceant: de iuris civilis præce-
ptis quid dicemus? quorum
certitudinem vt leges inui-
cem pugnantes non sustule-
rint, ^b legum saltem interpre- ^{b Vide}
tes tantis illas inuoluerunt ^{Amm.}
nebulis, quarum excussioni ^{lib. 30.}
vt hominis ætas suffecerit,
impendi certe omnis debet
ab eo, qui foro sit satisfactu-
rus. O Patria, ad cuius hæc
Horizontem cõputata, quã
doleo, & vere doleo, quod

cum omnia multis superes,
vna re multò te inferiora af-
sequi regna nequeas, quæ et-
si iusticiam tecum colunt eã-
dem, Iusticiæ tamen præce-
pta ad nutum vnus cuiusq;
offuscari, recoqui, corrûpi,
paucorum hominum lucro,
publico reipubl. damno, non
patiuntur; tu lites, non dico
infinitas, sed rationem litium
infinitam, ad internicionẽ vs-
que publicam sustines. Quid
ergo, de republicane inter-
rogabitur, quem de triginta
Florenorum litecula consu-
lere non possis, quia quod re-
spondeat illi non sit? Hęc qui
quæ-

POLITICVS. 31

quæret, aut nescire se, quod nolim, quid publicæ res à priuatis differant, aut quid inter assessorem iudicii apud Principem, Comitem, vel ciuitatem priuatam, & inter eum, de quo nobis est disputatio, intersit, optimè se intelligere fatebitur: hoc si fateatur de illo vt ipse quæsiuit, ipse sibi, me subscribente, respondeat; de hoc nostro, respondi id habeto. Literas, nisi sponte, ante annos fere pubertati proximos; ius ciuile ante annos, quibus curatores non dant vltèrius Saxones,^a nolo attingat; vbi attigerit, præco-

^a Vide
Lant.

nem desidero ad Hoc AGE.
Iuris elementa exacte co-
gnoscat, notis adhibitis non
quæ annuæ lectioni, vel bien-
niali altercationi, sed saltem
intellectui, vt in omni lectio-
ne, satis sint. Hinc statim le-
ges ipsas, contextus gratia, ff.
Wesembecio, C. Cuiacio,
thesiumque ordine vno qui
classes quasi materiæ demō-
stret, additis, ea lege quæ Or-
pheo fabulatur imposita, ag-
greditor, donec omnia quæ
Corpore iuris ciuilibis cōtinē-
tur percognorit. Ita instru-
ctus, portu iam nauigationis
superato, nolim velitationi-
bus

bus in alto vtatur. Pantimaniarum, Antinomiarum dicere volui, scopulos omnes præterlegat, rectà ad ea quæ in foro sunt, tendat: quis patriæ iuris processus, quæ singulorum iudiciorum materia, initium, cautelæ, methodus denique omnis agendi existat si exactissime perdididerit, vti vel aliàs nemini, mihi satis factum erit omnino. Primum enim de studiorum initiis nihil magis arbitror seruile quam puerum teneræ ætatis ad id quod ingenui est exercitii, non tam monitis & rationibus quam plagis

a Plu-
tarch. in
Pædag.

velle adducere, ^a nec vnquã
tot reperiri ingenia hodie
plumbea opinor, quin pau-
ciores fere mores quam præ-
ceptores perdant. Ad illa nã-
que quæ duriora apparent,
nostro instituto igneis illis a-
ptiora, ^b nihil desidero præ-
ter hominem, qui recte norit
quomodo

b Cleo.
apud
Thuc.
lib. 3.
Senec.
in Hip-
pol.

*Ingenia melius recta se in lau-
des ferunt,
Siobilem animum vegeta li-
bertas alit.*

De studio deinde iuris ci-
uilis ita se rem habere existi-
mo, ac si quis Architecturę
deditus, lignorum omnium
natu-

naturã discat, quæ dura, quæ mollia, quæ sicca, quæ secus, norit, structurã deinde ipsam quæ fabrorum proprie est, minus exactè perscrutetur, quid diuersè soli nature, quid singulisèdificiipartibus, quid vltui, quid ornatui seruiat, quid iis, in quibus caput Architectonicæ est, cõtineatur, scire malit. Hunc ego si quid à fabris ordinis locive ratione erratum fuerit, si iudicio valeat, si experientia aliquid arti accesserit, non animaduersurum existimem? Ita qui legum vim & naturam (melius forte eo qui nec ætate nec

doctrina admodum adiutus
quinquennium per Docto-
rū vel amēta in iis palpitarit;
intelligat, singulas singulo-
rum iudiciorum partes qua-
tenus legibus subsistāt norit,
iudicio etiam, per rerum, ex
literis & usu, experientiam
polleat. Si quis magna huic
verborum farragine legem
quādam sibi patrocinari ad-
uersario reclamante persua-
dere conatus fuerit, larua de-
tracta, inspectis autoribus le-
gibusque præsertim ipsis,
quid vero & æquo consenta-
neum, rectius illo qui tantis
non subnixus adminiculis,
infa-

infinitæ tantum opinionum
 indagini studuerit, pronun-
 ciaturum esse non existi-
 mem? Vel rugimini, vel ri-
 dete ex scholis sine sanguine
 bellatores, plausu vel sibilis
 me excipite, eandem inibitis
 gratiam; qui rebus diutius
 quam logis interfuerunt, &
 facile me excusabunt, & res
 ipsa pro me loquetur quid
 temporis angustie requirant;
 quid maximè agendum illi,
 cui minor in eo cura nū pri-
 uatorum lites ad nutus causi-
 dicorum sopiantur, modò
 rectè sopiantur, ^a quam hoc
 uti curet, ne tantum domi

a Vide
 de cau-
 sid. &
 Æscul.
 discip.
 Plat. lib.
 3. de
 Rep.

sit litium, vnde foris bellum
 oriatur. Quod ipsum assequi
 qui velit, si quotquot extant
 IC^{torum} monumenta me-
 moriæ mandarit, non magis
 assequetur, ac si schedulas il-
 las, quæ Pharmacopolis mit-
 tuntur medicamentorū gra-
 tia concinnandorum, ediscat
 medicum ex iis acturus, ne
 vnius quidem febriculæ cau-
 sas vel cauendi rationem
 satis edoctus. Qui puero
 morbum timenti, imò iam
 decumbenti sit consulturus,
 primum, vt puto, morbi cau-
 sam ex præceptis physicis in-
 dagabitur; quam si indicare

NOB

non conducatur, parentes saltem docebit, qua diæta, quo cibo, quo potu puer alendus, quibus arcendus; puero persuadebit vti hac in re parentibus morem gerat, ne vel vltro morbum accersat, vel ita alat, vt aut grauissime ipsi sit decumbendum, aut omnino pereundum. De Republ. quæso quid est? Dissidia de possessionibus, iniuriis, imperiis, &c. quid aliud sunt quam morbi hominum male se habentium; & quidem animi morbi, qui vt cæteris grauiores, ita curatu difficili-
ores existunt? ^a Horum igi

^a Cie.
Tuscul.
Quæst.
lib. 4.

a Elegā-
 tissime
 Plat. in
 init. lib.
 4. de
 Rep.

tur curationi vter aptior, rudi-
 disne a chirurgus qui confla-
 ti aliquid emplasti adhibe-
 at, quo sæpe, vt in foro fit
 quotidie, corrumpit quem
 sanaret morbum, aut alium
 grauiorem excitat? an vero
 medicus doctissimus qui pas-
 sim animi morbos publicè
 priuatimq; eas videns indu-
 cere nebulas, quæ pluuias vel
 sanguineas minentur, singu-
 lis quidem iuris & æqui me-
 dicamento non desit, sed si
 Hydram videat Lernæam,
 curatius rem aggreditur, vn-
 de distractio illa animorum,
 ambitio alieni appetitus ori-

atur;

atur; quo ferro harum rerum
multis ante nos seclis radices
incise ex physica pragmatica
inquiri; hæc imitatur, cau-
sas morborum ipsas prius re-
mouet, quo morbum postea
tollat facilius? O cælum, ô ter-
ra, quam putida, vter horum
melior, quæstio! Id videamus,
quæ salutis has publicæ cau-
sas Physica demonstret. Ea
aut nulla est profecto, aut ea
est, quam ciuicam à nobis co-
ronam ambienti, præter iuris
ciuilis cognitionem impri-
mis commendaueramus, tã-
to ipsi maiori, quam illa, vsui
futuram, quanto plures o-

omni seculo sine illius ope
 præclarissimè in Repub. ver-
 sati sunt, sine hac nemo vn-
 quam: Historiam dico, rerū
 omnium sedem, testem, iu-
 dicem. Hæc illa est scientia,
 ex cuius monumentis breui
 temporis spacio plura disci
 cognosci que possunt, quam
 multæ hominum ætates ex-
 periendo percipiant: ^a Hæc
 illa est quæ vitæ humanæ va-
 rias mutationes & rerum in
 ea conuersiones, mundi hu-
 ius Comædo, tragœdias &
 imperiorum præcipites casus
 monstrat: ^b Hic scipio ille, si-
 ne quo in cliuis nostræ reipu-
 ere-

^a Comi.
 comm.
 lib. 3.

^b Basil.
 ad Leo.

erecto incedere licet nemi-
 ni. ^a Et quid attinet in re mi-
 nus dubia testibus vti non
 necessariis? Ad historiae lecti-
 onem tam multi nobis reli-
 querunt incitamenta, ^b vt
 quantopere illi, qui ad Rem-
 publ. aspiret, historiarum co-
 gnitio conducatur, nemo du-
 bitet; vtinam & in earum le-
 ctione nemo erraret. Histo-
 rias enim multi legunt sine
 vlllo fructu, cum mysticum il-
 lud vulgo minus obuium, quod
 in fabulis *επιμύθιον* vocant,
 non animaduertant, ^c verè nu-
 cem frangentes nucleo ca-
 rentem: Multi vbi quid ex

^a Lips.
lib. 2.
Polit.

^b Liu.
init. lib.
1. Bodi.
in Meth.
Gryn in
præfat.
Iustin.
Manut.
in præf.
Cæsar.
&c.

^c Machi-
auell.
discurs.

30.



iis notarunt, statim casu in-
cidente quasi simili, ita sen-
tentiam temerè ex scripto
dicunt, ac si singulæ ratio-
nes occasionesque exem-
plorum eadem forent, sum-
mo sæpe damno Reipubl. ^a

^a Guicc.
lib. 1.

Vtrūque is evitabit optime,
qui in lectione ita sit restudi-
neus, & attentus, ne quid præ-
tereat, quin obseruet, quare,
quo fine, & an satis ex ratione

^b Polyb.
lib. 3.

actum fuerit, ^b cum hæc ob-
servarit, non crudum statim,
vt stomachi ciborum impa-
tientes, reuomat, sed probe
prius ad maturitatem ea cõ-
coqui permittat: Nam quod
radii

POLITICVS. 45

radii solares vuis, hoc ætas,
est prudentiæ, cuius memo-
dò ratio vasa conclamare in
castris Mineruæ iubet, eò
profecturum, quò qui nun-
quam accessit, nihil vnquam
preclari in vita ciuili^a effecit.
Aurifodina est Historia, la-
pis Lydius rerum experien-
tia, quicquid illic collectum
est, hîc oportet examinetur,
vt quæ vitiosa sunt dignoscân-
tur, quo pluris æstimeretur au-
rum parum putum. Atqui
rerum experientiam, qui à
rerum grauissimarum tra-
ctatione inchoarit, ab anti-
quissima sententia, consilia

^a Ari-
stot.
Eth.
cap. vlt.

senum haste iuuenum meri-
 to damnabitur. Egotres huic
 rei gradus statuo; primus mo-
 res, affectus, vitia, virtutes ex-
 terorum, quorum postea cū
 nostratibus rationes confe-
 rat, exploretur: secundus sta-
 tum Reipubl. bello turbatae
 cognoscat: tertius parasceue
 quasi contineat vite politicę
 inchoandę & speciminis edē-
 di. Verū enim vero qui per-
 egrinationes dissuadet, quia
 vt vulgo Historiarū lectione
 tempus, ita illis sumtus perdi-
 opinentur, vtpote quę soli
 seruiant voluptati, facile sibi
 ipsis exiis, quę de Historiis
 in

in transitu attigimus respon-
 sum dictabunt. Tecum mihi
 vir, cuius magna apud bonos
 omnes memoria, sermo abs-
 que inuidia & fastu esto, Do-
 mine de Nue dignissime. Ad
 exterarum, ais tu, nationes ado-
 lescentes ablegare ^a pluscu-
 lum detrimēti quam cōmo-
 di habet; quia plures morbi
 vel latrones reditu excludūt,
 cæteri, pro sumptibus, vitia
 domum reuehunt, rusticita-
 tem ex Germania, ex Italia
 nequitiam. Palæstræ, huma-
 nitatis, ludi iocique scholæ
 vt prope nimis à Veneris ab-
 sint metuis; tu quas in Gallia

^a vide
 totum
 eius dis-
 curs. 5.

^a ibidē.

adornas^a vbi sitæ erūt? Adolescentulum ego, de quo tibi videtur sermo non facile extruero, iuuenem mitto, qui sibi obsonet de eo quod ille vix ob ætatē attingat, quod illi cibo, huic pro condimento sit. Oraculum sane tuum agnosco, quarum nationum ingenia acutissima eadē vitis maxime obnoxia; sed quia pericula illa verè rarissima, quæ sicubi frustrentur, minimum damni, si fortuna aspi-
^b Thuc. ret, emolumentum plurimum
 lib. 7. afferant, ^b quin aleam hîc iaciam persuaderi nolim. Ita enim existimo, qui multis homini-

mini-

POLITICVS. 49

minibus vsui futurus sit, vsui
quam maximo fore, si homi-
nes quam plurimos norit; nō
faciem, sed animi affectus,
mores, naturam omnem.
Quemadmodū enim miles
multarum prouinciarū bel-
lis exercitus, minus hostem
nouum miratur, tirone, qui
vni aut alteri tantum cōgres-
sus fuerit: ita variis hominum
suetus ingeniis, facilius mul-
tis præsist, quam cui præter
populares notus nemo. Quæ
cum ita sint, mores ego ho-
minum, non vultus; statum
ciuitatis, non mœnia inspici
iubeo. Vbi Germano Gallus,

C

Italus Germano; hic illi, ille
 utriq; præstet, vel cedat; quid
 ex Germania bellum ciuile
 potissimum sustulerit, in Gal-
 liis foueat; vnde Belgis tot
 tributorum sine gemitu so-
 lutio, vnde vires: quæ Galliaë,
 Germaniaë, Hispaniaë virium
 proportio, quæ apud singu-
 los cõsiliorum, tributorum-
 ve ratio potissima: Hæc, in-
 quam, & his vel grauiora, qui
 ex peregrinationibus non
 didicerit, eadem merito sen-
 tentiâ damnabitur, qua fili-
 um eques Florentinus da-
 mnasse, ab Hispano illo Si-
 chardi narratur. ^a Hic cum
 sumtus

^a In Cõ-
 filiar.

POLITICVS. 51

sumtus ad peregrinationes
quam longissimas peteret,
prius Romam proficisci ius-
sus est: vnde reuersum cum
de fructu itineris pater inter-
rogaret, ille se urbem vidisse
respōderet lautissimam, fre-
quentiam populi infinitam;
si nihil præterea obseruasti, ô
fili, peregrinationum, inquit
pater, sumtus oppidò lucrifacito,
hominum, mœnium, fluuio-
rum satis vidisti. Aliter
profecto de loci celebritate
sibi persuadebat, qui à præ-
ceptore sciētis, ab vrbe exem-
plis filium augeri sperabat.
Et quid? In Græciam omni

^a Cic.
lib. 1.
^a Offic.

^aNep.
in. vit.
Pomp.

^bDion.
Halic.
lib. 2.

^cPlat.
lib. 3. de
Rep.

seculo ad studia adolēscen-
tes Romani profecti sunt; qui
satis atticissassent, perpetu-
um inde tulere encomium,^a
nihil veriti, quod vnā cum
scientiis omnem disciplinæ
dissolutionem Græcia in Ita-
liam transmiserat. ^b Homo
reipublicæ proximus, cuius
examine promptus discendi
cognoscendū q̄; gratia patria
non exhibet, ne decipulis per-
egrè illecebrarum capiatur,
cum vel maximè ideò eun-
dum fuisset, vt sciretur capi
cum non posse. ^c Vlysses ille
cui non minima inde prudē-
tia, quod

-- mul-

^a—multorum prouidus urbes ^a Horat.
lib. 1.

Et mores hominū inspexit. Epist. 2.

nunquam poëtis oratoribus-
que tam clarus fuisset, nisi à

Circe & Calypso, ^b uti fingun- ^b Hom.
tatur, solus integer euasisset, cū Odyss. 5.

temperans nemo rectius di-
ci possit, quam qui inter intē-

perantes sine noxa vixerit. ^c Plat.

Id qui negat, Diis iuuenem ^c lib. 1. de:
audiat similitimum exclamā- LL.

tem: Non est, mihi crede, ^d d Liu.

tantum ab hostibus armatis ^d dec. 3.
nostræ (iuuenilem dicit) æ- lib. 6.

tati periculi, quantum á cir-
cumfusis vndique voluptati-

bus, qui eas temperantia sua
frenauit ac domuit, decus

a Muso.
apud
Stobæ

b Cic. I.
Offic.

multo maximum victoriam-
que sibi peperit. Cæterum
fortitudo quæ sola hoc po-
test, si cuiquam, certè quam
ei qui reip. velit præesse, ma-
gis necessaria nemini: ^a fortis
vero animi indicium est, cum
ita quis affectus sit, vt nihil
malit quam res magnas, val-
de quidem vtilis, sed vehe-
menter arduas, plenasque la-
borum & periculorum, cum
vitæ tum multarum rerum,
quæ ad vitam pertinet. ^b Sed
quid hæc, ais, ad instituti tui
discipulum? Num res tractat
leuiter arduas, periculorum
ferme inanes, qui in Gallias
Itali-

Italiamve excurrit, optime
viaticatus, ludorum, exerci-
tiorum, spectaculorum spe-
ctator assiduus redit, mori-
bus & veste, quam ineptiis re-
deat onustior, indicans? En
vti Rogas: consilium ego, non
argētum subministraui. Hoc
scio, quod ex Gallis viros il-
lustres passim accedere, in o-
mni ferè Italia cum optima-
tibus ita versari, ne vnquam
tantopere impingas, quin,
que superius attigeramus, ita
ab iis discas, vt illa deinde vel
cuius probes: si quanti sit,
nescias, vbi leuiter saltem,
quid patriæ sæpe cum exte-

ris negotia requirant, animo
perpenderis, quantum, hîc
periculi, molestiæque, quan-
ta cautione opus, facilius ani-
maduertes, quam vt, en Rho-
dus, en saltus, expectes. Ad
nostrum institutum hæc ad-
dito, si pro auctuario quasi
accedat, posse deinde cum
legatis loqui versarique ex-
teriorum, aut in legationibus
conciones habere lingua sin-
gulis vernacula, (qua latissi-
mè hodie patenti vtuntur
Schlauoni, vt pote affine Tur-
cicæ, Vngaricæ, etiam Bohe-
micæ & Polonicæ; grauißima
Hispani; purissima Itali; co-
pio-

piofissima Galli) Dii boni
quantus huius rei vsus ad se-
creta expiscanda, operas ære
vel promissis conducendas!
De quo vt ab omnibus dubi-
tetur, qui in magno imperio
regnove hodie versati fue-
rint, facile mihi scio subscri-
bent. De cetero, quid è scho-
la fabulentur prouocatores,
aut ex Neronis aula sapien-
tes murmurent, non tantæ
nobis curæ, quam maior eo-
rum habenda ratio, quorum
maxime discipulis, hanc, à
consule nullo rogatus, primã
omnium de republ. senten-
tiam dico, nil dubitans plebi

C. 5)

parum eam probatum iti, id
quod populus curat scilicet.
Locuti sunt homines de o-
mnibus, & loquentur sem-
per, nec quid loquantur in-
terest eius, qui ne merito ma-
lè de se loquantur, cauet.
Nunc reliqua videamus. A
literis ad res ipsas, à rebus
quietis ad turbulentiorum
examen me politices candi-
datum traducturum dix-
eram; quia nullum hodie re-
gnum reperiri statuo, in quo
primi subsellii consiliario
quicquam maiori admini-
culo fore videatur, quam si
statum fortunasque bellorū
deli-

delibauerit. Quod iterum,
qui non probet, verba quæso
corrigat, consilii ne vitupe-
ret autorem, qui manu ho-
stem, lingua omnino nemi-
nem lædere viro magno di-
gnum existimet. Quantus
Romanorum hominum nu-
merus, quantus Græcorū ex
literarum peritissimis bella
gesserint, de Africano maio-
re, L. Lucullo, C. Cæsare, Cli-
tia, Alcibiade, Agesilao, De-
mosthene sexcentisq; aliis,
Liuium, Plutarchum, Xeno-
phontem cum reliquis, hæc
qui ignorent, retexant, no-
bis de eo quæstio non est de

quo nemini dubium est; nemini, si ita negotium sit, licere, nolle pro salute patriæ armari. Hic cardo vertitur an bellorum ratio constare nostris hominibus debeat, an sine detrimento hoc illorum quæ reipub. causa didicerant, fieri possit: quorum vtrumq; facile, vt spero, ex sermone nostro apparebit. Ergone ad bellum ibit à prima adolefcētia omni philosophiæ genere instructus, experientiæ ideo hauriendæ peregrinatus, vt iam iam rerum foret administrationi vel publice idoneus? Hic si quid ex patrimonio
fortè:

POLITICVS: 6^m

forte residui, equis & armis.
 mutabit? animum Mineruæ,
 corpus Reipu. sacrum, Marti
 iam, mortique deuouebit?
 eò ibit vnde aut nunquam
 aut mutilus saltem reuerta-
 tur, pro sapientia ruditatem;
 pro eloquentia iactantiam;
 pro philosophicis, mores ca-
 strenses reportans ad Rem-
 pub. plane Chimæra? ô Ger-
 mania quam ego aut nunquã
 satis Germanus, aut nunquã
 satis doleo, omnia te Germa-
 norum veterum vitia habe-
 re, virtutem fere nullam?
 Veterum dico, non eorum,
 qui solis venationibus & la-

^a Vide
 & cõfer.
 Tacit.
 de mor.
 Germ.

^aCæs. de
 bell.
 Gall.
 lib. 1.

trociniis contēti, annis qua-
 tuordecim tectum non sub-
 ierant; ^a eos quæro, qui pa-
 trum memoria, glorię studio,
 viribus, non numero freti
 (quod vel ridiculum hodie
 foret Italis) Italiã facilius, ac
 si armatus in Latio fuisset ne-
 mo, peragrarunt, subegerūt,
 ex terrarum domina & do-
 minæ domino, victoriam re-
^bGuicc.
 lib. 18.

portarunt; ^b qui Gallię regno
 toties pacem sola fortitudi-
 nis suæ autoritate pepererūt.
^cHistor.
 Gall.
 romo
 2. & 3.

vtrumque sine vlllo fere sti-
 pendio. ^c Qui tentent idem,
 à summis Imperatoribus ex
 latebris puto milites denuo
 corra-

corradi posse, sed sperando
non statim potiundo, moīā
eodem animi vigore perfer-
re, non nostræ est in stipendi-
is hodie aut flagitandis aut
insumendis modestiæ. Imo
quæ minimè his affinia, ge-
mitu quam verbis tangi sati-
us: hæc illa ipsa sunt, quæ faci-
unt vt ab expeditionibus ho-
die vitiosiores redeāt quam
plurimi, fortiores perpauci,
melior prudentiorque vix v-
nus & alter. Neque mirum
hoc illi fuerit, qui cogitet
nullius vnquam rei finem
consequi egregium quem-
quam posse, qui nullo fine

eius quod agit, sibi propo-
 sito, ad quem singulis momen-
 tis quasi ad scopum collimet,
 temere quicquam aggredia-
 tur.^a Ad delectus nulli hodie
 tironum frequentiores re-
 spondent, quam egeni, obæ-
 rati, vino aut libidine ad Dio-
 nysia Martis inflammati, Thra-
 sones tribus mensibus Asi-
 am spiritu apparatusque dif-
 flaturi, & vno nomine nume-
 rus,

^a Senec.
 de trāq.
 vit. cap.
 12.

— *Et fruges consumere nati*
Sponsi Penelopes.

Ab iis nē domum reuersis
 ego vt quæram qua consilio-
 rum ratione regulus regem,

Ari-

Aristocratia Monarchiam bello defatiget magis quam detineat, quid potissime cauendum, si quid noui incidat patrię belli cum Asię, Gallię, Hispanię populis? morus profecto responderet, mornepius quæreret. De itinere, annona, symposiis, audacia, duellis priuatis, ad arma conclamationibus, amplificationes ab his expecto. Noster miles arma mihi firma, quam pulcra; apparatus necessarium, quam magnum; corpus ad laborem & vigilias, quam libidines; animum ad discendum, quam otiaandum prom-

prum habeto; quid illi, qui de bello inter pocula loquuntur, & hostem in mensa saepius quam in acie fallunt, de se loquantur, parui facito. At iis, quorum in manibus summa rerum, se insinuato, hos comitator, omni officiorum obsequio sibi deuincito, nihil ab his nimirum sibi imperari posse existimato, hos differentes auscultato; beniuolentiam affectato, ut, quæ propria iuueni virtus, modestia ex se & discendi studium appareat omnibus, quo facile assequetur, ut & carus sit, & *eurgieias* studioso nullus sine linea dies

es

es prætereat. Huc accedat oportet id alacritatis, ut quibus togatus semper adfuit, ab illorum latere, data occasione, armatus in prælio nunquam discedat: ita & qui ex magistratu saltem studium in eo probarant, industriam literis exterarumque rerum cognitione munitam breui laudabunt, & apud cæteros caligatos, à quibus mancipi-um ante Imperatorum rude militiæ erat nominatus, hæc illius erit autoritas, quæ ludibrio fratrum L. illius Bruti apud popul. Rom. fuit, ^a post osculū magnæ matris. Vides ^a Liv. lib. 1.

ô homo quantū à gregario tirone noster differat? qui, quantum ille stationibus & muneribus obeundis, tantum hic studio discendi ab Imperatoribus, quantum ille vacationibus & otio, tantum hic officiis erga Imperatores & explorationibus munium militarium, quantum ille requieti, quantum denique temporis alex & intempestivis conuiuiis, tantum hic vigiliis, ruminationi & inspectioni eorum quæ didicerat aut cognouerat tribuit. In nunc pædagoge, pueris persuade nihil recte impendi temporis, quã quod literis.

literis impendatur; mihi certe non persuadebis vllum tempus (de humanis loquor) rectius impendi, quam quod eorum studio impendatur quæ salutis & vsui quam maximo sint futura Reipubl. Eius vero generis, hæc quæ diximus esse num dubitabitur? Medicorum vtrum præferendum statuemus, theoreticumne qui diætam præscribat; quo corpus aliàs infirmum quam diutissime à morbo præseruet; an practicum, qui & hoc ipsum præstet, & si artem vincat fortuna, morbo quam optime norit mederi,

sanitatemque certam potius
quàm subitam restituere, vt
pote eius rei rationem ab ex-
perientia æquè ac à literis e-
ruditus? In republ. hodie v-
ter melior, ille ne qui pacis a-
lumnus, de bellis cauendis,
præter auditum lectumve,
gerendis, omnino habeat ni-
hil? an vero, qui pacis artibus
disciplinisque æque instru-
ctus, bellum quando timen-
dum, quando suscipiendum,
quomodo gerendum, quo-
modo ita deponendum, vt
pax honesta & certa sequa-
tur, non absens ab iis qui & i-
psi absentes bella aliis de cau-
sis

sis alia ratione gesta scripse-
 runt, sed ab iis qui nostri se-
 culi bella aut nondum finita
 aut nondum scripta ipsi gef-
 serunt, coram didicerit? Fuit
 profecto pluribus ante nos
 seculis ab eo^a qui diuinus est
 habitus ex quo philosophus
 extitit, & habebitur quam
 diu homines existent, hoc
 latum sententiæ, artem mili-
 tarem partem esse ciuilibis sci-
 entia, si quidem bellaces iu-
 xta & prudentes eadem di-
 sciplina populares eius effe-
 cit.^b Hanc ita virorum sem-
 per clarissimorum fuisse sen-
 tentiam, præter quos antea

^a Plat.
 in Pro-
 tag. &
 de Re-
 gno.

^b Ar-
 chid. a-
 pud
 Thuc.
 lib. 1.

^a Hirt.
de bell.
Afric.

^b Tacit.
in fin.
lib. 15.

nominauimus, Cato ille per-
tinax, aliâs doctissimus, pro-
prio nobis exemplo subscri-
ptam reliquit; ^a quæ comme-
morare ideo superuacuum,
quod nec nostrum quisquã
ignoret quàm dulce & de-
corum sit pro patria mori:
nec vel illi summi viri, vel ille
ipse Thrasea, qui vnus ob
tyranni rabiem ita moriens
exclamauit, ^b verius in illa
tempora incidit, quibus ani-
mum constantibus exemplis
firmare oporteat. Nos enim
licet Titum, non Neronem
habeamus, hoc tamen ausim
affirmare; si quis pragmati-
cus

cus
Ga
ip
cap
res
rat
Eu
se o
ne
lica
lii v
qui
ne f
die
hab
vno
gest
tius

cus sanior Romani Imperii,
Galliæ, Angliæ, Poloniæ, vel
ipsius Hispaniæ, quod hodie
caput est, interire posse, ne
res ea facilimè id secum affe-
rat incendii, vnde maior pars
Europę conflagret, ingenue
se opinari dixerit, hic impu-
ne cõsili de cognitione bel-
lica authorem, carceris, exi-
lii vel capitis damnato. Imò
quid de futurorũ diuinatio-
ne fabulamur, hostẽ nos ho-
die non habemus? hostem
habemus omnium qui vllò
vnquam cum Imperio bellũ
gesserunt potentissimum, to-
tius Asiæ dominum. O gra-

D

uis tibi Germania hostis, uti-
 nam & quod commodo fiat
 publico, diuturnus foret, po-
 tius quam tibi hoc accidar,
 ut, quem foris nō habeas, do-
 mi hostem inuenias; quem
 morem ut vix patrum me-
 moria nimis repetitum ge-
 mimus,^a ita nimis pro diu à
 maioribus hæreditarium ac-
 cepimus.^b Causas, occasio-
 nem rationesq; consilii mei
 vides? consilium ipsum tan-
 tillo spacio inclusum velim,
 ne quis ea hîc ratione diligē-
 tiaque qua præcepi, biennio
 continuo vel maxime trien-
 nio diutius subsistat; quod,
 velut

^a Vide
 Sleid.

^b Tacit.
 libr.
 Ann. 2.
 & 13.

POLITICVS. 75

velut iaculatore in ipsa colli-
matione scopum mutante
nihil ineptius, ita illo homi-
ne turpius nihil, qui certæ se
vitæ generi deuouens, omni-
bus ferè rebus rite tanquam
ad sacrificium præparatis, tū-
demum, aliò se conuertat.
Qui Romam properet, non
male forte in itinere ad co-
gnoscentia melius ingenia I-
talica, vel aliò, vel Genuam
deflexerit; verum, si inde in
Aphricam prius transierit,
periculum erit ne Romæ, vel
domi saltem, ante reditum
ab Occasione vapulet. Sic no-
ster eo vbicunque vel incita-

^aVide
Cic. 3. de
finib.

menti quid ad virtutem, vel
discendi erit occasio, excur-
ret, non ut videat noritve, sed
ut ex iis quæ vidit incitetur,
quæ cognouit, adiuuetur ad
commodius assequendum
id quod antea sibi proposue-
rat, quóque omnes ita vitæ
actiones dirigendæ, ne alibi
subsistat antequã in ipsa car-
cerum suorum calce sit con-
stitutus. Quid dicam quæris?
Hoc, quod Ethnicorum mo-
destissimus, libris Epicureo-
rum qui dogmata propone-
rent perniciosissima, senten-
tias tamẽ grauiissimas, nescio
quibus nostri seculi similli-
mi,

mi, in ore haberent, multum
 vsus, ad castra inquit, ^a aduer- ^a Senec.
 sariorum sæpe transfugio, nō in Epist.
 tanquam proditor, sed tan-
 quā speculator. Est, (fateor)
 hæc institutionis nostrę ratio,
 solis ferè magnarum familia-
 rum hominibus, imò iis qui
 genus & fortunam vt virtute,
 ita & diuitiis adæquant com-
 moda; cæterum, de fortuna
 sua, inquit Plutarchus, ^b non ^b In pas-
 de me querantur, qui præce- dag.
 ptis nostris minus commodè
 vti poterunt: ineptiis nos ni-
 mium nostris plausisse non
 suspicabuntur, qui mentem
 attentius quam casum auto-

ris examinarint. Atque hoc modo fingendum formandumque rudem adolescentiæ animum literis commendauerimus, iis præsertim, quarum vsus in Reipubl. administratione quã maximus, idque velut medici qui Physica & theoriæ præcepta primò proponunt, inde praxi discipulos quæ didicerunt iubent paulatim explorare. Hac nos à peregrinatione initiati sumus, vt res tractaturus, res quam plurimas, quam diuersissimas disceret, hominibus consulturus, quanta humanorum ingeniorũ varietas

etas

etas exploraret. Postremo,
quia ob gubernatoriam nū-
quā coronabitur, qui, omni-
bus indiciis tempestates mi-
nantibus, in tranquillo se ex-
ercuerit tātum, mediis illum
seculi nostri procellis im-
mersimus, illic erudiendum,
qui aut tempestates effugiat,
aut ita arte frangat, vt se na-
uimque suam saluam in por-
tu sistat. Hæc qui ad præscri-
ptum nostrum exantlarit, si
forte Reipubl. satis idoneus
videatur, me, cur moram di-
utius desiderem, duo mouēt
potissimum: causa Principis
cuius qui talem sibi alleget, &

mea, qui primus forte hac
 methodo docuisse videar.
 Causa principis, quia fieri
 posse meminerimus, ut ex i-
 pso cursu talium rerum pu-
 blicis literis reuocati non sa-
 tis fecerint: illis quorum hoc
 consilio factum videretur, cū
 nimis apparuerit vel ad sum-
 mas fraudes optimum ani-
 mo subdolo velamen, graui-
 tatem scientiarum^a simula-
 tæque virtutis. Est præterea
 hæc ferè regum omnium a-
 gendi ratio, ut si quem canti-
 onibus præfectus Musicum
 dixerit, cōsiliarius multi no-
 minis, hominem prudentem

^a Tacit.
 lib. 16.

no-

POLITICVS. Si

nominarit, facile ad se recipiant, quod à nemine putent ea iudicari posse rectius; nec vel minimum errant, modo par vtriusque foret examen. Musicus certè qui vel nemini non dicatur placuisse, nūquam, nisi & ipsius regis auribus satisfecerit, recipitur: in senatum legetur is, qui prudenter agere dicatur, prudenter egisse visus sit nunquam? sit, esto, homo prudens, pius, integer, & ut vno verbo absolnam, senator bonus, quale affines vel amici prædicarāt, Cassiumne Princepsaget clamitādo, aut hoc, aut nihil te-

D S

stium satis est? Per me sane
Monarcha homini aliàs viti-
oso, fidei saltem egregiæ se-
ipsum & summam regni po-
tius committet, quam emer-
genti primum summæ virtu-
tis iuueni. Eius rei exemplū
vnicum sit, quia de supersti-
tibus mutire plenum pericu-
li, phænix ille omnium poli-
ticorum Philippus Cominē-
us, cuius nisi tantopere indu-
striam admiratus fuisset Ca-
rolus Burgundus, vt de fide
obliuisceretur, nūquam for-
te tot ipsius secreta Ludoui-
co Gallo se prodidissent. At
noster iuuenis conuiuam i-
mita-

POLITICVS. 83

imitator elegantem, qui sicut
in cibum aliis propiorem nō
inuolat, si quid boni prope se,
libere sumit: sic ille rēpubl.
senum manibus extorquere,
si vel posset, nō tentabit, pri-
uatim si quid ad se redundet
molestiæ minime recusabit.
Quieti se primum ex turbu-
lentiore illo vitæ genere da-
bit, vitæ integritatem vbiq;
depromet, prudentiam non
nisi apud gnaros; amicorum
causis operâ, consilio vt quâ
sæpissime adsit, occasiones
rimabitur, conuentibus pu-
blicis semper intererit; viro-
rum illustrissimorum in pa-

tria & peregre amicitiam affectabit; hanc colet sanctissime; de rebus, si occasio erit, grauiſſimis aget, non minus meditate, quam modeste & breuiter. Nescio enim quo pacto ex nouo siliice crebrae scintillae, abstrusioris quid arguunt, quam ex veteri ignis vno ictu excussus. Huic qui maturitati sustinendae impari se opinabitur, Apollinē saltem Lipsianum ausculet, ita monentem, ^a Festinatio dum aequales, dein superiores, postremo suasmet ipsi spes ante ire parant, multos etiam bonos pessumdedit; qui

^a Tacit.
libr.

Ann. 3.

qui spretis, quę tarda cum se-
 curitate, præmatura vel cum
 exitio properant. Falerno
 non magna opus est hædera:
 Rempub. satis mature capes-
 sit, qui ne eam euertat, satis
 diu didicit. Cuius ego omi-
 nis gratia coronam iam tibi
 ô ciuis optime ciuicam non
 ciuis, vt olim, vnius seruati
 præmium, sed ciuitatis toti-
 us, imò regni seruandi sym-
 bolum, quod felix, faustum &
 salutare sit Reipub. impono.

Macte virtute, ad eum te
 ordinẽ theatri humani per-
 duximus, vbi in oculis omni-
 um positus, latere minime

possis : iam enitendum , vt
 quod industria assecutus es,
 virtute defendas , quod asse-
 queris facillime , si priuatim
 erga Deum , erga regem tu-
 um , erga vniuersos deinde &
 singulos , publice in sententi-
 is domi dicendis , in rebus
 peregre agendis , is eris quem
 ciuilis scientiæ peritissimum
 arguant omnia. Quibus de
 rebus si quis præcepta à no-
 bis expectet ; adolescentes
 cogitet erudiri , non eos quo-
 rum iam statux in foro sint:
 notas equidē & indicia , quo
 significauimus ordine indi-
 cabimus , quibus , quis recte
 Spar-

Spartam hanc nactus fuerit, examinetur. Imo erit, opinor, pars hæc scripti nostri altera equo nudior: verum mihi ex castris Vngariæ reuerso, hospitio & bibliotheca videnti hominis nõ minus mihi multis nominibus venerandi quam amandi, vel Festinationi vel Impudentiæ succumbendum fuit. Quarum illam me prætulisse quibus nimis fuerit nausæ, me ipso Apellis præeunte sententiam, dicant vel me tacente apparere hoc potuisse. Cui non corrupto, quæ scripta hîc sunt legisse, & omnia legisse conti-

gerit, ex voto suo iudicet: nã
 ideo in omnium manus per-
 uenerunt, vt à singulis iudi-
 cari possent. Primum itaque,
 quod initio dixeram, iterum
 hîc dicendum; inter Aulicũ,
 & Politicum nostrum præ-
 ter rectum commune ferè
 nihil.^a quî fit vt ille singulis
 de religione opinionibus
 principis forte subscribat,
 hoc absurdus nihil, quam fi-
 dem velle principi seruare,
 cum Principi eam principũ
 non seruet. In religione, in-
 quit Porphyrius,^b vbi prima
 dederis, cætera nugæ, quia
 mens pura Deo oblatio gra-
 tilla-

^a Vide
 Steph.
 in præf.
 Laert.

^b De
 Abst.
 mim.
 lib. 2.

tissima. Tu purpureꝝ cultor alienæ quantum committat sceleris, non vides, huic manum adire tentans, qui falli nequit, cum quicquid faciamus, dicamus, cogitemus, latere eum nihil possit? ^a Atqui ita mores habent, vt simulare & dissimulare magis sit eorum qui inanis viuunt, quã edere, dormire, bibere, ceteraque quæ natura desiderat, exequi. Hoc vt in humanis obtineat, in factis non semper eedem, regulæ huius, appendices. Dissimulare hîc, vt similes periculi noncommodi gratia, si humanum, lu-

^a Epict.
ad Arri.

bricum; simulare, vt dissimules commodi non periculi gratia, si putidum, improbū; nec vnquam diobolaris mihi rex erit, qui simulantem in religione, non vt se emendet, sed vt i placeat, magni fecerit. quid enim? Si quis Prætorii præfecto vt i placeat, te ipsum derideat, vix ferēs, eum cui propter te vilis sit qui vestrum fecit vtrumque, etiam amabis? Nonne aiunt ergo impune tu hæc fieri existimes, cum vel Idolorum adoratione homini aulico regi suo adulari liceat? ^a O præposteræ exemplorum citatio! Si

^a Lib. 2.
Reg. c. 5.

quod

quod vos innuitis Naeman
 rogauit, legibus si agatur hu-
 manis, stricto illi stipulatio-
 num iure^a nihil deberi aut
 legibus aliis^b inuitissimis, pri-
 uilegium saltem, quod ut vel
 latissime interpretemur per-
 sonam nō egreditur,^c vel Iu-
 stinianeus defenderit. Sed
 quorsū nodus in scirpo quæ-
 ritur qui nullus est? Terram
 ille sibi petiit (quia cōciones
 tū erant raræ Prophetis mā-
 datę, in Syria omnino nullæ)
 aræ extruendæ, ad quam ve-
 rum ipse cultum exerceret,
 ne in templo idolorum, quo
 iannixum sibi more Syriacę

al. l. §. 6.

l. 137. de

V. O.

b Vti

Exo. 20.

Psal. 16.

&c.

cl. l. de

cōst. pr.

regem ad sacra deduxerat,
adorans, quicquam videre-
tur de religione remissurus,
ex quo primum sibi veritas
affulserit. Tu aram holocau-
stis tuis (i.e. religionis exer-
citiū) tantum abest ne pe-
tas, vt vel omni gestu regium
potius iuueris furorem, do-
cturus quam sis Naemane a-
quila melior, lustris sæpe ali-
quot tãto lumini oculos op-
ponens. O festiua exempli æ-
qualitas! ille occasionem de-
precatuſ est ne nimis pecca-
ret, tu ipsius quasi priuilegio
vt impune peccares assecu-
tus es! Veniã date quotquot
hæc

POLITICVS. 93

hæc aspicietis, ne diu sim, vbi
inuitus sum: Politicum est
nihil quicquam in religione
fingere, vbi, nisi ita feceris,
nihil tibi sit timendum; si fe-
ceris, nihil hoc ad salutem
publicam conferat. Politi-
cum non est vel solo nutu re-
fragari iis in locis, vbi vnus
hominis dissensus publicè
nihil iuuerit, priuatim ob sit
plurimum. Quid mihi in il-
lis placeat, quorum nonnul-
lis, vix annus est, manes ob-
latrarunt Domini ab Affon-
uilla, ^a ex iis quæ attigimus ^a videe-
appareat: omnia ego hæc ex-
equi, imo pluribus disputare <sup>ius A-
theo-
mast.
circ. fin.</sup>

^a Senec.
natur.
quæst.
lib. 2.

^b apud
Suid. in
nom.
In Cr.

nolim; quia vel meminisse
putidum, Ethnicorum sapi-
entissimos multa de vi numi-
nis docuisse, vt firmiori saltē
vulgus reuerentia astringe-
rent; ^a nostros illi laxandæ, o-
mnē lapidē mouere. Quod-
ipsum si eo candore facerent,
quo Iudæus ille Christiano
respōdet ^b (credere iam pos-
sis, quod in Iudaismo hære-
am, per ignorantiam veri nō
fieri, sed per eam dignitatem
quam apud nostros obtineo
aliàs fortè non adepturus) id
fanè assequerentur, ne magis
exemplo, quàm delicto pec-
carent. Sin nec hoc impetra-
ri po-

ri poterit, eò saltem respiciant illi, ne misera prudentia Ethnicorum se sapientiæ æquare nequeat, ^a deliria vel superet. Et hanc quidem sanguinis corruptionem cibus rosarum Epicuri gignit; spinis verò Stoicorum nutriti, nihil extremæ propius miseriæ existimant, quam de salutis æternæ acquisitione dissentientes vno senatu iungi, ac si, magna paruis componendo, solos quondam Stoicos reiectis Peripateticis cæterisq; omnibus in senatum lectos meminissent. Hi si iis moueantur, quod odia pri-

^a vide
Morn.
de ver.
Chr. re-
lig. cap.
6.

^aPlutar.
in Polit.

uata quantum publicę ob sint
utilitati, ^aquam ex religione
omnium oriatur grauiſſima,
meminerint; neutrum ego ne-
garim, nec diu huic corpori
consultum iri existimem, cu-
ius membra ob vnius alteri-
usve corruptionem ita dis-
sentiant, vt nullum officio sa-
tisfaciat. Dissentire mihi tu-
demum liceat, cum nostrę
scholę discipulus, ita à Philo-
sophia variarumque rerum
experientia sit instructus, vt
semper fas existimet, priuata
odia publicis utilitatibus re-
mittere; ^bamicorum vitia no-
uisse, non odisse, aut saltem

^bTacit.
lib. 1.
Ann.

vitia

vitia hominum auerfari, non
 homines, quos qui corrigere
 ad nutum nequeat, quid stul-
 tius quam inde odiffe? Misc-
 rari vicem aliorum, pium est;
 indignari quæ nullius homi-
 nis censuræ subsint, ^a vnus ^{a Paul.}
 non subesse, omnino impiū. ^{ad Ro-}
 Pari in parē ne sit imperium ^{man.}
 lege ^b sancitum est: verū hu- ^{cap. 14.}
 ius allegatio vt in supplicio ^{bl. 14. ff.}
 infelicem Conradinum Sue- ^{de man.}
 uum nihil iuuerat; ^c ita in sa- ^{c Caraf.}
 cris omnem eius vigorē no- ^{Hist.}
 stra hodie sustulit proterui- ^{Neapol.}
 tas. Catholicus tu es Roma- ^{lib. 4.}
 nus, priuilegio vis gaudere
 Ecclesiæ, omnes damnas vel

E

digitorum percussione obstrepentes; ipse Antichristi mancipium audis. Solus, ais, nostro quasi seculo Lutherus in sacris vidit; imò & caliginis non nihil prior dicitur reliquisse cæcitas, & Hæreticus omnium Concilii Assessorum votis damnatus est. Caluino (existimes) nemo melior verum primæ Ecclesiæ statum restituit; facinus, ita sentiens, facis omnium hodie scelerum flagitiorumque supplementum. A fori antea tabe, à bellorum te miseris ô Germania defleuimus, ad hæc Heraclitus vel Democritus? Pfamme-

menitus quondam Ægypti,
 calamitatem filiæ, fatum filii,
 obstinato miseratus est ge-
 mitu, casum compotoris ma-
 gna deplorauit eiulatione;
 quærenti eius causam, Cam-
 bysi respōdit: quia dolor hic
 tali signo potuit indicari: ille
 maior erat quam vt quicquã
 humani iudicii admitteret. ^a Herod.
 tantum; ad humana me non-
 uerto. lib. 3.

Regum amicitia quam sit
 res omnino lubrica, vt nõ o-
 mnia exemplis Historiarum
 abundant monumenta, dies
 ipsa satis docuerit eos, qui æ-
 tatem cum regibus viuunt:

qui, si peruicaciam inter & adulationem quid intersit, ex suo tantum metiantur ingenio, diu ne benè habeant, periculum non est. Qui verò hanc se artem probè callere existimet, nunquam mihi discipulo semidocto doctior, si vel leuiter inde supercilia tollat. Confidentia enim, vt in iis, qui reguntur, laudem ^a aliquando mereat; qui regunt, omnibus inscriptum parietibus habento, Quò plura quis adeptus, hoc magis in lubrico. Seiani vitis scatebat ingenium; sed iis, quæ stupenda virtutis industria-

^a Lipf. 3.
Polit.

& striæque admixtio, vel in im-
 perio superasset; ^a nisi nimia ^{a Tacit.}
 apud Tiberium autoritas, ad ^{init. lib.}
 ea ipsum consilia impulisset, ^{4. Ann.}
 quibus merito publicum per-
 iit spectaculum. ^b Thrascæ ^{b Dion}
 gravitatem venerabatur ho- ^{lib. 58.}
 mines quasi vererentur; in-
 teritus occasionem nullis a-
 micorum precibus succum-
 bens præbuit peruicacia. ^c
 Regis profectò ingenium, ^{lib.}
 qui ita exploratus fuerit, ut ^{At.}
 non nosse id opinetur, sed ita
 esse, sæpissimè expertus sit; a-
 cutum si inuenerit, nulli rei,
 me arbitro, potius quam su-
 spicionum occasionibus; ^{lib. T. J.}
^{lib. 10. 11.}

^alib.
cōm. 2.

^bTacit
lib. 6.
Ann.

tardum, credulitatis vbiq; facilitati, ante omnia, præuoretur. Regiorum quippe, iuxta Politicum^a nostrum, ingeniorum duo potissimum genera sunt; vnum eorum, quibus satis (sæpe nimis) acutis illud ἀμφοτέρω intimorum intimus nunquam seponat, nedum extorqueat; alterum eorum, qui alienis trahuntur machinis tanquam immobile lignum. Horū priora hoc præstant, vt frustra adulatores metuat Politicus; quia merces hîc arti huic plerūq; Gallionica,^b adeoque facilius virtuti magnam sibi hic auto-

autoritatem parare, quanto
facilior pueri ingeniosissimi,
quam Varronis cuiusdam in-
stitutio, saltem desidia absit
& vitia nimis nobilia. In cæ-
teris reb. sententiæ eorū nun-
quam argumentis expugnā-
dæ, sed meditata breuitate
sanior vix tangenda, quam vt
vel interdum reiiciant, rumi-
nando, sæpius priuatim pro-
babunt: In persuadendo au-
tem hîc succumbere, in actu
inde ipso digitum quasi trās-
uersum à sententia discede-
re, res ipso periculo pericu-
losior; nihil hîc, rectè vel se-
cus res ceciderit, expectes.

præter odium, imò si benè,
ea regii est ingenii peruica-
cia, etiã inuidiam. Ad Clau-
dii & Vitellii discipulos quod
attinet, hi quid velint, non
magni refert; illis priuatim
persuadere in quorum disci-
plina sunt, summæ felicitatis
existimandum. Quorum e-
nim aut animus vitiis ita cor-
ruptus, aut aures assentatio-
nibus incantatæ, vt ille ratio-
nis, hæ veri nihil admittant,
nullius est laboris à sententia
abducere, modò quæ id agat
ratio, illorum aduletur inge-
niis qui sceptro parent; sce-
ptrigerulo imperāt, quos vbi
inuc-

POLITICVS. 105

inueneris, facile est principem nosse, imò iudicare. ^{a a} Vide

Aulas diuersas vides? Illic v^o Cic. in lib. ad Q. fr.

no virtutis candore solide rinctus; hic vario eius colore speciose depictus, maximus erit Politicus. Horum ille cataphracto vehitur, à tempestatibus nauigat securior; sed si semel euertatur, rarò naufragium effugit: hic lembo portatur, vento etiam leuissimo deiicitur, arte quam minima denuo erigitur. Quibus rebus remedia aptissima, ex iis quæ diximus, haurienda, indicia certè & tessere sunt, officiorum omnium cre-

E 5

berrima vel rara mutatio, ministri, pro ratione munerum, vel temerè cari, familiæ eiusdem sanguinisve modici vel nimii, cæteraque quæ lubentes præterimus, vt quatenus obsequi, vel obniti regi, cuius cuius ille sit ingenii, politicum sit, tribus verbis indicemus, reliqua eodem numero inferius in cõsiliis perstricturi. Equidem quàm diuersa sit obediendi ratio vnus alteriusve, & totius populi, nemo ignorat; modo eius non obliuiscamur, quam à paucis, qui consiliis præsunt proficiscentia, mox vniuersos

fos

fos obstringant; eorum vero nihil salubrius illis, quibus in supremam legem, salutem populi, publicè, lege, priuatim, exemplo nihil peccetur. De exemplo, si eos haberemus principes, quorum præcordiis, non auribus infusurratum probè fuerit, *Homo es ô Philippe;* qui ve se Imperatores militum, dominos seruorum, cæterorum principes tantum existimarent, labor sine sudore foret. Iam quia sæpe cum illis benè agier opinemur, in quibus saltem vmbra quædam earum rerum appareat; vitiis illorum ita indulgere, ne li-

^aLips. in
comm.
Tacit.

cereminus quam libere existiment, putidæ adulationis indicium; oblaterare passim, vel publicè, res periculosa, quæ magis irritet quam sanet, præceptorem, quam senatorem deceat. Arte enim sola hîc opus est, exclamationibus intempestivis aut immodicis, vel nutrix dixerit:

Apud
Sene. in
Hippol.

*Net me fugit, quam durus &
verè insolens,
Ad recta flecti regius nolit tu-
mor.*

Quemadmodum enim artium liberaliorum præcepta nemo tradiderit rectius, quàm qui maximè necessaria dote-
at.

at, leuiora vel vsui relinquēs
 obseruanda, vel facilius dein-
 de, in transitu, indicaturus: i-
 ta principem qui corrigit vi-
 tiosum, multa illi impunè cō-
 cedit, quò cum à grauioribus
 hęc indulgentia abducat, nū-
 quam validior, quam in a-
 pophthegmatis concinnis,
 perstrictionibus opportunè
 breuissimis, apologis acutis,
 in annulo, chartula, vel ima-
 guncula exculptis potius quā
 apertè narratis. Quid si hac
 nihil procedat via? Quo mi-
 nus effecerit, hoc magis su-
 dabit; nunquam adeò defati-
 gabitur, vt vel legi, vel sentē-

PIO VIR

^a Vide
Dn. de
Nuc, in
fin. disc.
no.

^b Tacit.
lib. 4.
Ann.

tia nimis in summam illam
legem peccanti, specie obse-
qui subscribat. ^a Omnino
πολιτικός, cum rege suo vi-
xerit; ad quasvis offensionū
occasiones cautissimus; hinc
modestia & *δυσωπία*, quam
integritatis ostentatione, o-
dia immerita propulsans: qui
timeat, quasi semper cum re-
ge victurus; confidat, quasi
cras aula eiiciendus; caueat,
vt quicquid acciderit, inopi-
natū nihil accidat. aliās, pru-
dētia, an fato quodam ac for-
te nascēdi, vt cætera, ita prin-
cipum inclinatio in hos, of-
fensio in illos: ^b Restat pri-
uato-

POLITICVS.

III

uatorū officiorum pars vlti-
ma latissimaq; quę beniuolē-
tiam erga æquales, comita-
tem erga inferiores politicā
delineet.

Qui in aulis viuunt, nulla
se magis arte, cæteris homi-
nibus præstare, sibi persua-
sum habent, quam humani-
tate; quam sanè opinionem,
si, vt verbis, ita re ipsa defen-
derent, rem se facerent di-
gnissimam, quod in celebri-
tate viuentes, ea excellerent
virtute, quæ ad eò hominis
propria, vt ab ipso homine
nomen acceperit. Turmam
hîc ego Pyrgopolinicum nō

recognoscant, qui titulorum
 harmoniis, ut cantu Delphi-
 nes, deliniti, ex asse satisfactū
 existimant, tantum si graui-
 tati demserint purpureæ, ut
 sine stomacho ad rogata ad-
 murmurēt: tecum mihi, Po-
 litice, actio, qui, cum de hu-
 manitate tua omnibus con-
 stare cupias, ita te optare, sin-
 guli quin animaduertant, ip-
 se domo impedimenta af-
 fers. Etsi enim aditus præ-
 bere satis faciles, honorem
 minus inhibere quam red-
 hibere, à colloquio, quod
 verè augustum, nemi-
 nem tristiores^a remittere,
 sum-

^aSuet.
 in Tit.

summæ sint humanitatis indicia, & encomium eius assequendi rationem contineant optimam; non tamen, quod volunt, satis impetrabunt, nisi studio omnium caueatur maximo, affectati ut quam minimum hinc appareat; ut ne persona magis, quam facies videatur.^a Nemo satis magnam, nemo satis firmam humanitatis assequetur famam, qui vel humanitatis studiosissimus, superbiæ non sustulerit suspensiones. Superbiam dico, non quæ apparatu nimio & nitore foricè se facit; sed & hanc, & illam in primis

^a Elegā-
tiff.

Com.
Castigl.
in Corteg. lib.

1.

huic quasi oppositam, quæ
dum nimis se tegit, nimis se
prodit. Familiam alere, vesti-
tu comto, victu lauto, habi-
tatione vti splēdida, nō sunt,
mihi crede, quæ superbix ar-
guant hominem Reip. nauā-
tem; atqui hæc ita curasse, vt
non dignitate hæc augere,
sed dignitatem hinc potissi-
mum quærere videaris, vix
erit, vt nihil offuscet. Quod
si horum nonnulla tu, quasi
contemnas, in cæteris extra
numerū anxius existas; pur-
puram pēdagogiis tuis desti-
nes, ipse parnis vtaris, collo-
quii difficultatē apud te po-
tius,

POLITICVS. ITS

tius, quàm apparitores tuos
damnes: in omni responso,
non quæ rogaris, sed grauior-
ra rogatis polliceare, vt à ple-
be, omnium votis humanissi-
mus renūciere, me Epichar-
mus nescio quid monet, si
vnquam, hîc grauissimè. Si
enim vxor tua, si familia, si
supellex, si orationis tuæ suc-
cus, non verba, fastu nullo,
collegarum inferior, abyssio-
nè mendicantium ita me oc-
cæcabis, vt corpus purpurâ,
animum tuum superbiam,
eodem deposuisse momen-
to existimem, cum tenacius
hanc pauci retineant, quàm

a. Stobæ.
ex Diog.

b Senec.
in Epist.

qui iactantius contemnunt?
O quàm te decipis, qui me
non decipis! Noui ego, noui,
quod in arrogantia, ^a quem-
admodum in armis auratis,
non similia sunt exteriorain-
terioribus. Iã diu est, ex quo
didici, quod magnus is est
qui fictilibus sicutitur quem-
admodum argento, nec mi-
nor ille est, qui argento uti-
tur quemadmodum fictili-
bus. ^b Diogenem tu nunquã
audisti, qui purpuratos cum
vidisset Rhodios, hoc nihil
est, dixit, præter fastum: in
Lacedæmonios deinde cum
incidisset arroganter panno-
sos,

fos, hæc longè alia, inquit, est
 superbia. ^a At fucò saltè o-
 rationis ita sexcenties pecca-
 re licebit. Fieri hoc fortè po-
 terit; fieri tamen & hoc pote-
 rit facilius, vt, quia purpuram
 tu seposuisse, non abiēcisse
 videaris, operas libertorum
 passim offeras, patrocini-
 um rarò præstes, id tibi accidat,
 quod adolescentibus men-
 dacibus solemus inculcare,
 iis nec verum loquuturis fi-
 dem habitum iri: tu scilicet,
 si quid agas modestius, fucus;
 promittas sincerius, ex mo-
 re, quàm amore profectum
 videatur. Quid quæris? Res

^a Ælian.
 var hist.
 lib. 9.

ad arbitros deferatur; num
πολιτικότερος qui rem clientis
 perditam sponte præterit,
 specioso studii sui ludibrio
 miserum quãdiutissimè de-
 ridet; illo, qui damni illud
 quare caueri a se non potue-
 rit fatetur: quamobrem mi-
 nus hoc ab illo ægre ferendũ,
 docet; qua ratione potissi-
 mum id resarciat, præcipit;
 operam ad hoc consiliumq;
 pollicetur quam planissimè.
 Atqui nõ habent crebra vel
 longiora cum plebeio homi-
 ne colloquia id grauitatis,
 quo maximè acquiescit eo-
 rum autoritas, qui Reip. præ-
 sunt.

sunt. An tu? Imo non vitæ
spiritus, non vocis sonus, o-
pinitatem à vulgo discernunt;
sed vitæ, in illo, integritas; in
hoc peruersitas; sermonis, in
illo, mixta comitati grauitas;
in hoc, vanitati comes leui-
tas; hæc sunt quæ differentiã
constituunt. A virtute quic-
quid proficiscitur, siue tecum,
siue cum superiori, siue cum
inferiori agas, modò cum vi-
ro bono egeris, vitii nunquam
damnabitur: virtuti quæ re-
fragantur, siue cum Achille,
siue cum Therfite negotiũ
fuerit, vitiosa vtique iudica-
buntur. Augustas Cæsar cum

Alexandriam victor intras-
set, manu hospitem deductū
ad arcem vsq; colloquio de-
tinuit; imò, etiam huius be-
neficio salutis partem Ale-
xandrinę deberi, cōfessus est:

^aPlutar.
in Apo.

^anemo comitatis eum nimie
arguit, vtpote quæ vitio ca-
ret. At nepos eius nulla re,
pręter fortunam, auo minor,
vbi comitati cū Philosophis
Græciæ conuersandi, etiam
Græcę vestis adiecisset leui-
tatem, non temerè à patre
castigatus est. ^bQuæ natura

^bTacit.
lib. 2.
Ann.

omnibus communia dedit,
vitæ & sermonis coniunctio;
hec quam optimè societatem

omni-

omnium hominum tuentur
 & conseruant : quæ verò ex
 his in hominibus, vt vina in
 cadis vitiosis, putredinẽ con-
 traxerunt, meritò asperna-
 mur. Sic, sermonẽ cum ple-
 beio, de salute plebis cædere,
 extra noxam; ad deliria si de-
 scendatur, proprias vulgo ca-
 lumnias, præiudicia absurda,
 vanas voluptatum titillatio-
 nes; hîc sapienti, Pax. Sic po-
 pulo vel priuatim interdum,
 in congressu vel cõuiuiis iun-
 gi, res ad noscẽda hominum
 ingenia, deuinciẽdos homi-
 num animos, promptissima,
 imò ad auctoritatem eius, qui

F

cerebrum habeat, augēdam,
aptissima: luxuriæ omnis e-
brietatisque vltimum actum
cum fæce populi, velle exhi-
bere, res singulis turpissima,
qui vel somniantes rectè de
Republ. cogitarint. Mulum,
ne cum sarcinis procumbat,
oratione rarò mouebis, ba-
culo facilè resuscitabis: ele-
phātem verò oneri succum-
bentem, generositatem ex-
probrans æqualium, quouis
perduces. Vulgo semper, vt
Stoicè loquamur, deliranti,
ne sponte furorem vino ac-
cerfat, nullis blanditiis per-
suadebis, clade iam accepta,
ad

POLITICVS. 133

ad obiurgationes suspirabitur: verus politicus facile seipsum vincet, ne vnus horum suauem insaniam magno tædii pretio emat. Ex quo illud apparet, nobis non satisfacere, qui humanitatis specie Satyros in hæc vsque dumeta comitetur; ^a eum verò, qui in ipso itinere subsistat, facile iudicatum iri, ita grauitatem humanitate condire, vt nec facilitas auctoritatem, nec seueritas amorem immi- nuat. Hoc superest, vt qui omni superbix suspicione absolutus, cuius ex populo, opera, consiliis, beneficiis, vel

^a Vide
Plat lib.
2. de LL.

præceptis nemini se defuturum, salua persuaserit autoritate; apud sui, dignitate, similes, quò æqualior est coniunctionis ratio, hoc magis nitatur, ne quid eam impediatur beneuolentiam, quæ reciproca, à Platone, dicitur^a gignere amicitiam. Quod, ut à rudiioribus, animo nimis inflato cõmitti posse opinemur, non est quod præter regium his opponamus prouerbium,
^b Comi. b Dedecus & detrimentum
 comm. pedisse quæ sunt superbiæ: apud nostros homines, non semel accidit, ut diuitiarum, generis, dignitatis, imò & doctrine

^a In Ly-
 fid.

^b Comi. b
 comm.
 lib.2.

etrinæ præstantia, prouocari
 quam prouocare malit. Hic
 si quem philautia eò locorū
 redigat, vt pueri in pilæ lusu
 ea obseruasse videantur, quæ
 politicus in vita sua non vi-
 deat; iam conclamatum est.
 Cum enim ex pueris vides
 exercitiores quidem lon-
 gius inuicem distare, nec ta-
 men ideò, dum à rudioribus
 prouocentur, expectare; sed
 quo eminentiores & difficili-
 ori loco sint constituti, hoc
 obnoxius eniti, vt accipiendi
 mittendique solertia cæteris
 sint exemplo: tibi quid in li-
 beralitatis beneuolentiæque

officiis imitandum, non, quasi
 in speculo, videbis? Sole lu-
 na, vt minor, ita propius à no-
 bis abest; plus tamen ab illo
 luminis. Turmæ equitum ab
 hoste circumuentæ, decurio
 globo, præfectus turma, tri-
 bunus integra cohorte, ma-
 gister equitum omni, quod è
 Repub. sit, equitatu subsidio
 solet proficisci; itaque à na-
 tura comparatum vt plus ex-
 pectetur ab illo, cui plus for-
 tuna tribuit. Quid verò, si
 quis non pleraque, sed sin-
 gula abiiciat externa, poti-
 us quam vt his impediatur;
 Scipionis Æmiliani^a ratio-
 nes

^a Valer.
 Max.
 lib. 4.

nes imitando vincere, quàm
 Cn. Octavii^a imitari malii?
 Poëtas adeat, ex eorum præ
 ceptis collecturus; ^b quid in
 illo, qui casu, studio, vel vi-
 tio priuatim latitet; quid in
 illo, cuius splendor & fortu-
 na cum Rep. sint coniuncta,
 nostri mores desiderent. Et
 hæc priuato quasi examini
 sufficiant; de publicis, vnica
 restat consiliorũ de Republ.
 factorumq; cum domi tum
 foris amissis. Hic itaque in-
 primis hoc opus esse videtur.
 vt qui de Repub. dicturus sit,
 nullius hominis, vter vter il-
 le sit, commodum vel inter-

^a Cic.

lib. 1.

Offic.

^b Hor.

de art.

pœt.

trimentum, gratiã vel offen-
 sionem, salute potiozem ha-
 bere publica videatur; quod,
 sicut in stagnis vliginosis pi-
 sces capiuntur putredinem
 sapientes, ita ex animo odio
 vel adulatione præoccupato
 sani nihil proficiscitur. Ta-
 lem autem de se opinionem
 quã plurimis infudisse, sum-
 mæ industriæ & laboris est;
 semel conceptam tueri, quia
 dignitas facilius crescit quã
 incipit, ^a permagni quidem,
 sed non tanti. Mihi nihil hîc
 augustius occurrit, quàm
 posse ita persuadere omni-
 bus, vt semper quam optimè
 quis

^a Senec.
 in Epist.

quis de Rep. velle sentire videatur; deinde ita agere ut quam sapientissime à quam plurimis in ipsius eatur sententiam; denique si quid factum forte à se fuerit, quod aliis nauseam excitet, sibi ne fraudi sit, apprimè cauere. Ad auctoritatem, igitur optimè de Rep. sentiendi parandam, valdè mihi oportunum videtur, quod in cæteris rebus omnibus accidit, ut semper, qui trita minus quicquam ratione assequitur, plus admirationis excitet; cum fieri id videt homines, quod quomodo fiat, non omnes capi-

2 Cef. de
bell. ciu.
lib. 2.

unt.^a Etsi enim de Rep. orationibus non minus longis quã meditatatis differere, magnæ sit autoritatis, maximũ autoritatis alimentum; non parum, nouæ tamen autoritati conciliandæ, hæc agendi ratio validior; meditari quãdiutissimè, loqui quam breuissimè: modò ita mediteris vt hoc à te agier, omnes ferè intelligant; ita loquaris, vt hoc egisse, nemo dubitet. quid velis, dicas; sed ita dicas, vt plus, quàm loquare, significes. Non erat eius ætatis maior Africanus, patre patruoq; amisso, vt de Republ.

ia

in senatu interrogaretur; imò si fuisset, vllonè verborum ambitu eam sibi auctoritatem peperisset, quã sua ille modo hodo assecutus est? Solum in cella Iouis quotidie de virtute & Rep. secum meditatatus est: hæc ipsa nec plebi (vel generis ludibrio contẽtæ) nec cuiquam se agere negavit; honores non magno prensavit ambitu, sed ipso, quo commodissimum videbatur, momento prius impetrauit quàm petiit; de Rep. non ante locutus fuit quam cum oportunissimè, vna ora-

^aLiui.
Dec. 3.
lib. 6.

tione, factum solitudinis in-
primis suæ, cum probare, tū
venerari populum Rom. co-
geret.^a In consiliis, quid ado-
lescente hoc ætate non ani-
mo Reipubl. immaturo, ma-
gis politicum; illi præsertim
cui magnæ autoritatis fama
nondum obuenit? Cellam
veri Iouis sedulo intrare, do-
mi solitudinem affectare, cõ-
modo hoc Reipub. fieri, non
negare, ostentationisne ha-
bet nimium? Ostentationis
est, rerum magnarum tracta-
tionem, quæ vel propriæ cõ-
scientiæ non satisfaciat, vel
hominibus satisfactura de-
spe-

ſperetur, pompa velle exteri-
ori confirmare: ostentationis
nihil habet, id quod merito
agas, sedulo agere fateri. Et-
enim qui deliberationes pu-
blicas in speculo prudentiæ
intueatur, quod passim ani-
maduertit, vel inuitus fatebi-
tur; illos qui & ante negoti-
um, & in ipso negotio, auscul-
tationi, quam disputationi
intentiores fuerint, tribus se-
pe verbis, quæ ex iis quæ dicta
sunt exceperint, rem maioris
pronunciaſſe momenti, quã
qui orationem longam dixe-
rit. Hoc autem vt solo inge-
nii quidam efficiant acumi-

ne, illud nec nisi Diis geniti
 potuere, nec eo gaudet pri-
 uilegio, quo diu multumque
 præmeditata, vbi euentus nõ
 respondet, fruuntur. Quum,
 enim, (vt Socrates ^a sentie-
 bat) non quæritanti quic-
 quam boni, cuiquam occur-
 rit, secundam fortunam hoc
 esse: cum verò doctrina & ex-
 ercitatione bene quis agat,
 hanc bonam actionem esse,
 quiq; hoc meditantur, illos
 bene agere, existimandum.
 Quæ è re sua forent, cum de
 regno differeret, diu antiè se-
 cum deliberafle Jugurtam,
 nemo dubitarit; vnus ado-
 lescē-

^a Xenoph.
 lib. 3.
 ΣΠΜΥ.

lescētis animo & auribus pri-
 us, quam lingua repugnantis
 Laconismus rationes omnes
 inuertit. ^a Cum de imperio
 capeffendo ab excessu Au-
 gusti, hinc imitamentis mo-
 destiæ, illinc precibus certa-
 retur, Tiberii personam ma-
 gis vnius detexit Asinii quæ-
 stiuncula, quam totius sena-
 tus ad imas obtestationes de-
 missio. ^b Sed quorsum hæ ar-
 gutiæ veræ autorum suorum
 ruinæ? Eò scilicet, vt intelli-
 gatur (ex euentu enim sella-
 rii iudicent) quanti, diu au-
 scultasse, per opportunè bre-
 uiter ad rhombum dixisse, ad

^a Sall. in
Iugurt.

^b Tacit.
lib. 1.
Ann.

auctoritatem conciliandam,
 momenti; quo hoc animad-
 uerso, à probandi ego onere
 leuaret, neminem huic rei
 potiore eo, qui non solùm,
 quæ à cæteris dicerentur, au-
 scultarit, sed & quæcunq; di-
 ci possent, animo suo antea
 quam gnauissimè proposue-
 rit. Cuius vt nihil dicamus
 ulterius, vnica, post magnas
 vel exterorum, vel Spartano-
 rum minus Laconizantium
 disputationes dissertiuncula
 Laconica,^a hoc mihi videtur
 agere, ac si prunas illi crebra
 opprimere guttularū asper-
 sione voluerint, hi aqua in-
 fusari

a Vide
 passim
 Thucy.

fusa extinxerint. Cæterum,
 sicut in scholis scire tantum
 non sufficit, sed & docendi
 ars quædam existere videtur,
^a ita de Republ. parum est o-
 ptimè sentiendi nonnullis
 spem fecisse; nisi quis cæteros
 quam optime ad suam norit
 traducere sententiam. Indu-
 stria illic, hîc arte opus quã-
 plurima: persuadendo hoc
 ipsum assequi, oratorium;
 hac vbi nihil successit, alia
 rem aggredi via, politicum.
 Solon, Lycurgus, Annibal,
 Sertorius aliq; plurimi, quã
 multa omni populo, strata-
 gemate, vel salubriter fingē-

^a Cic.
 lib. 2. de
 LL.

^aPlutar.
in Them-
mist.

do persuaserint, quæ nulla o-
rationis grauitate persuasif-
sent, nesciet, qui literas ne-
scit. Themistocli sane nec
consilium nec oratio ad mu-
ros suppeditabat ligneos, v-
num miraculorum figmen-
tum populum persuasit ^a A-
theniensem. Quod vt in sa-
cris nostris, quæ Themisto-
cleis sunt sanctiora, non vti-
que liceat; in cæteris, artis
vel noxę plus habebit, priua-
tim peccasse, ne publicè pec-
cetur? Hoc pace, hoc bel-
lo factitatum, nec Scipionis
quicquam exercitum in A-
phricam, præter mentitum

Sy-

Syphacē^a sociū traduxit: nec quicquam disciplinæ similis Machiauellianę hęc timēdū:
^b ex qua sicut ego malitiā nimis Italiam, ruditatem nimis Germanam detectam nollem amplecti: ita Antimachiauellus, aut Antimachiauellus me nolim damnēt, si nusquā fieri posse negē, ut ubi vel Epicureus, vel Stoicus sit Machiauellus, summi Politici summi aliquando videantur Socratici. In popularibus tu hoc perstringis Diodote,
^c quod ubique sæpissimè necesse est, ut qui vel optimè sentiat, rectę sententię fingē-

^a Liv. dec. 3. lib. 9.

^b Vide Socr. apud Xenoph. lib. 4.

^c Apud Thuc. lib. 3.

do fidē faciat. Turpiter peccat, qui in amicos quicquam committit, vt sibi lucretur; sed, qui parum in se committit, vt multum amicis lucretur, politicè nō peccat. Nam qui virtuti militant, sub eodem merent imperatore, sed non iisdem militant armis. Imò, quod hīc attigimus, asylum saltem est politicum, ita vti has ad angustias rarò redigatur, qui autoritatem apud omnes, beniuolentiam apud singulos, ex nostra sententia, domi partam habuerit. Habebit vtramque facillimè, cui ea aderunt, quæ de illi-

illius cōciliatione, huius de-
 clara tione, disputata à nobis
 sunt; momētorum si præser-
 tim & obseruandorum & in-
 dicandorū sit curiosus; quæ,
 scilicet, ea sint negotia quæ
 multum deliberationis, exe-
 cutionem modicam; quæ i-
 tem deliberationem equidē
 maturam, sed non pomparū
 ferculis similem, executio-
 nem verò desiderent quàm
 celerrimam. Sed quid, si vel
 firmissimas prudentiæ vine-
 as balista quatiat, cuius cuspi-
 di insculptum sit oraculum
 seruire,

*Centū doctōrum hominū cōsilia sola
hęc denuncit Dea fortuna?*

Pseud.
apud
Plaut.

Sententia ex ipso euentu la-
ta sanū neminem nimis tor-
quebit: πολὺν ἄνθρωπον ἄνθρωπος ἄνθρωπον
mihi il-
le, qui casum machinæ in fi-
dem suam immisissæ, ita in cō-
siliū verterit; ut hoc ipsum
quod à populo perfidiæ ar-
guitur, id suę apud regē auto-
ritati præstet, quod fermentum
farinæ. Nimia erroris
exprobrationi cedere poti-
us, quam resistere, ineptien-
tis est, errando malle insani-
re, quam ab ingenio discede-
re, furentis: Errare, labi, cor-
rigi, humanum equidem est,
imò

imò feliciter errasse, (i.e. veritatem nemini vnquã postposuisse; veritati, non obrutum sed oppugnatum, cessisse) verè politicum: verum castra, ob rumores, nec mutabit nec deseret, qui certus sit se extra vallum Prudentiæ non tetendisse. Hoc qui sciat, ab ingenio suo, rectaque agendi ratione, vnguem trãuersum nõ discedet, sed magnum illum imitabitur, qui primus *Maximus*^a dictus est.

Relinquendum esse rumoribus tempus quo senescant, in casu pessimo optimè Domitius consuluit; ^b quod qui

^a Lius.
dec. 3.
lib. 2.

^b Apud
Tacit.
lib. 2.

verbis nimium se purgarit,
 nunquam hoc assequetur,
 ne saltem excusatione opus
 fuisse, non videatur. ^a Ad cō-
 uicia (viti docuit elegans ali-
 às secundum præcepta He-
 truriæ Politicus, Cæsar Tibe-
 rius) nemo scitius respondet,
 quam qui nihil respondeat;
 nec, si tam multi ingenia ho-
 minum, quam in ea calu-
 mñas nossent, viuū difficile
 mihi foret eius rei exemplū
 recitare satis politicum. Ve-
 rum enim uerò et si difficulta-
 tes facilè omnes superet, cō-
 siliū regi vel Imperatori
 dare, ^b quod tamen inde spe-
 ret,

^a Cæf. de
 bell.
 Gall.
 lib. 8.

^b Sall. ad
 Cæf.

ret, nihil est, qui domi rectè
 deliberata, peregrè minus
 cōmodè administrauerit: ad-
 ministraturus ea nemo ma-
 gis est politicè, quam qui nec
 hilum magis quid à principe
 suo in mandatis habeat, quā
 quibus cum hominibus agat,
 cogitarit. Nam qui gēti huic,
 quæ seruitutis est impatien-
 tissima, plenę libertati impar,
 rem vnā eandemque ea-
 dem ratione, qua illi persua-
 detur, cui omnia adsunt præ-
 ter animum constantem, sic
 persuasurus, næ ille grauius
 impinget, quam qui pedem

G

læterit. qua in re cum quoti-
 die peccari cognoscimus, tū
 multis ante nos seclis hīc er-
 ratum videmus. Naualis, ex
 Antiocho, victoriolæ glorio-
 lam, cum eā sibi legati Rho-
 dii autoritatē peperisse so-
 mniaffent, quæ facile Perseo
 pacem impetraret, Roma-
 norum animos iam ipsam
 Ambitionem esse, adeo ob-
 liti fuerūt, vt vnicum saltem
 retulerint stolidæ superbix
 beneficium, nemini mirum
 fuisse, ad quos missi essent, i-
 gnorari ab iis, qui seipsos, &
 eos à quibus venissent, igno-
 rare

rare videretur. ^a Ætolorum
 legati, cum subactorum con-
 ditionem, in omnibus satis-
 facere nihil exprobrare, parū
 exactè didicissent, qua per-
 mulcere Romanorum aures
 oratione voluerant, ita of-
 fenderunt, vt hostiū nume-
 ro haberentur. ^b Diui Maxi-
 miliani certè prim. ad ciuita-
 tes Italiae legati, nulla re ma-
 gis imperata impedierunt,
 quam quod nimis ea pete-
 rent, quæ offerre, non rogare
 debet is, qui quicquam ab I-
 talis expectet. ^d Et quid ver-
 bis opus? Quoties publicè

^a Litu.
dec. 5.
lib. 5.

^b Litu.
dec. 4.
lib. 7.

^c ~~Com.~~
lib. 7.

^d Com.
de belli.
Neapol.
lib. 5.

G

quid rogatur, quod non impetretur; quoties concordia diffidiis, pax bello mutatur, nemo est cui non facillimè persuadeatur, eos, qui legati his de rebus fuerint, secus, quam dignitas eorum à quibus venerant, vel ingenia & mores eorum ad quos missi erant, postulassent, egisse. Quæ quomodo fiant, vt ex singulis negotiis quam oratione discatur commodius, quomodo caueantur, nobis dicendum foret, nisi ea in præceptis nostris antea posuissimus, vnde hæc dependēt omnia.

omnia. Atq; hîc ego te, qui-
 cunque in scriptum nostrum
 incidere, circulo Popiliano^a
 includo, vnde excedi veto
 antequã probè tecũ cogita-
 ris; num vel vnius huius rei
 gratia, satis commodè studia
 à nobis ea fuerint commen-
 data, quæ ad summa non aspi-
 rantibus, minimè probabun-
 tur. Ita & de candore nostro
 rectius statues, & vbi, quam
 cætera his exactè cohæreant,
 animaduertaris, facilius tibi
 me eum informasse & depin-
 xisse, persuadebis, quem in
 sua Republ. politicum & re-

^a Vide
 Liu.
 dec. 5.
 5. lib.

a In Di-
al. de
Reg.in.
fin.

gium virum Plato nomina-
uit, ^a qui omnia hac serie cō-
præhendit, atque ita ciuitati
præsidet, vt nihil eorum,
quæ beatam efficiant Remp.
prætermittat.

Tandem ad vos, vnde ce-
perat, redit oratio. Vestris e-
go manibus scriptum hoc,
Principes genere & virtute
illustrissimi, consecro; non
quomodo, putido versurarū
more munuscula homines
Principibus mittitāt, vt char-
tam auro permutēt: sed quo-
modo rationum omniū ta-
bellæ debentur illis, quorum
maxi-

maximè interest, vt commo-
do omnia reipub. fiant. Mu-
nera vobis digna mittant, qui
muneribus abundant, & qui-
bus vitio hoc dari nequeat; à
me quod offertur, comtum
non est, sed honestum; non
operis elegantia, sed dignita-
te materiae, vestro splendori
proprium. Hoc ipsum si vel
singuli, vt cuiusque fert libi-
do, interpretentur; me mea
soletur consciētia; ab animo
semper meo exulasse sordes,
& ingrati crimen animi. Ex-
tant parentis, cuius sancta a-
pud omnes memoria, vestri,

extant vestra, in patrem meum mihi meritò venerandū, clementiæ indicia : verum hæc patris mei laus esto, ita fecisse, vt imo sibi obsequio beneuolentiam familiæ vestræ illustrissimæ conciliaret; mihi meisque æterno hoc erit honori, patrem habere qui facere ita potuerit. Ad humanitatem vestram verè regiam, aditus patri meo per animi virtutem patuit: mihi, si quid eius rei ab animo meo olim possideri potuerit, totum iam ab initio vobis mancipasse, fraudi saltem ne fiet.

Quod

POLITICVS. 153

Quod vt ne sit, tantopere
exopto, quam hoc exopto,
vti ex arbore Pipini semper
germinet surculus Ducum
Brunsvvicensium & Lu-
neburgensi-
um.

F I N I S.

POLITICVS.
Quod ut ne sit. sapienter
exopto, quam hoc exopto
ut ex arboribus Pini semper
feruntur fructus Ductum
Diphysicellum & Lu-
neburgum.

F. I. N. I. S.



Lp 8574

(x 2275442)

227


principes. p. **Co.** Dñe

lx.

Purifica ut
q̄s mentes n̄as len
et renoua celestibz sa
ut pleneat & corpore
et future captam

Rs. **inā n̄m. No**

Videat ne q̄s u
at petri philosophi
fallant. sedm t̄m
m̄m̄: sedm elemen
et sedm r̄m̄: q̄
m̄m̄ om̄is plen



VIR POLITICVS
Genio & Virtuti

Illustrissimorum Principum ac
Dominorum,

n. HENRICI IVLII postulati Episcopi
Halberstadensis,

&
n. PHILIPPI SIGISMVNDI postulati E-
piscopi Verdensis & Osnabrugensis,
Patrum germanorum, Ducum Brunswicen-
sium & Luneburgensium, &c.

(*ut aeterna fidei in ipsos & obsequii esset nota*)

Dedicatus per

DANNEM ab AFFELEN, Io. Fil.



HANOVIAE

Apud Guilielmum Antonium,

M D X C I X.

Zgl.

2 fin.